nō dixit: Aspicite: sed Attēdite. vbi enī res certa est: aspicitur. i. simplicīt videt. vbi aūt incerta: attēdit. i. caute ꝯsiderat. Ite dicit: Attendite: qz firma tutela salutis ē scire quē fugias. Non aūt sic admonet Attēdite. q̄si inuito deo diabol⁹ hereses introducat: sz eo ꝓmittēte. qz enī ñ sine iudicio vult suos suos habere: iō misit tētationē. qz vo nō vult eos p ignoratiā perire: iō ꝓmonet: Ne aūt aliq̄s heretic⁹ doctor dicat: q̄a nō dixit nos falsos ꝓphetas: sz gentiliū t iudeor doctores: iō addidit: Qui ve. ad vos ī vestimentis ouiū. Quel enī christiani dicūt. vestimētū aūt ouile est spēs christianitatis t simulate religionis. nulla aūt res sic extermiat bonū sīc simulatio: Nā malus sub specie boni celatū: dū nō cognoscit nō cauetur. Et ne adhuc dicat heretic⁹: qz de veris doctoribus loq̄t: q̄ tñ pctores sūt: iō addit: Intrinsec⁹ aūt sūt lupi rapaces. Catholici aūt doctores etsi fuerint pctōres: fuī q̄dē carnis dicūt: nō tñ lupi rapaces: qz nō hūt ꝓpositū pdere christianos. Manifeste q̄ de hereticis doctorib⁹ dicit: qz eo ꝓposito speciē christianor suscipiūt: vt christianos iniquo seductiōis mor su dilaniēt: de q̄b⁹ dixit apl's: Scio qz post discessū meū intrabūt in vos lupi graues: nō pcentes gregi. CHRY in ho. Sed tñ videt falsos ꝓphetas hic nō hēticos insinuare: sz eos q̄dē q̄ vite sūt corrupte: sz facile quidē virtutis induit: qz indurit: A fructib⁹ eor cognoscetis eos. Apud hēticos enī ē multotiēs t vitā iuenire: apud hos aūt quos dixi neq̄q̄. AVG. de ser. do. Uñ rectissime q̄rit: quos fruct⁹ nos attēdere voluerit. multi enī q̄dā in fructib⁹ deputāt: q̄ ad vestitū ouiū ptinēt: t hoc mō de lupis decipiūt: secuti enī sūt vel ieiunia: vel elemosynas: vel orationes q̄ ꝓtendūt hoīb⁹ placere cupientes eis: q̄b⁹ ista difficilia vident. Vi q̄ nō sūt fruct⁹ de q̄b⁹ cognosci istos monet. Ista enī q̄ cū bono aīo fiunt: sūt ꝓprie ouiū vestes: cū aūt malo in errore nō aliud q̄z lupos tegūt. sed nō iō debēt oues odisse vestimētū sūum q̄ plerūq̄ illo se occultāt lupi. Qui sūt q̄ fruct⁹ q̄b⁹ ognoscam⁹ arborē malā dicit apl's: Manifesta sūt opa carnis q̄ sūt fornicatio: immūdicie. Qui vo sunt fruct⁹ q̄bus cogīscam⁹ arborē bonā: idē apl's ondit dicēs: Fruct⁹ aūt spūs sūt charitas: gaudium: pax. CHRY. sup matth. Fruct⁹ etiā eius ouis est cōfessio ei⁹ fidei. qui enī fm deū vocē humilitatis t vere ꝯfessionis emittit: ouis ē. qui aūt ꝫ veritatē blasphemus vlulat ꝫ deum: lup⁹ est. HIERO. Et sic q̄ pōt de ouib⁹ intelligi qō hic de falsis ꝓphetis dicitur: q̄ aliud habitu ac sermone ꝓmittūt: aliud operē ostrāt: specialīt de hereticis intelligendū videtur: q̄ vident ostinētia ac ieiunio q̄si quadā pietatis veste se circūdare: intrinsec⁹ aūt hītes animū venenatū: simplicior⁹ fratr⁹ corda decipiūt. AVGV. de ser. dñi in monte: Sz ex opib⁹ cognosci pōt vtrū exteriorē cultū ambitione aliq̄ faciant. Cū enī ceperit aliquib⁹ tētationib⁹ ea ipsa vel subtrahi vel negari q̄ isto velamine vl' cōsecuti sūt: vel ꝯsequi cupierūt: tūc necesse ē vt appareat vtr⁹ lup⁹ in ouina pelle sit: an ouis in sua. GRE. xxxi. moza. Hypocrita etiaz sancte ecclesie pace ꝓmitt: iccirco añ oculos nr̄os religione vestit. Siq̄ vo fidei tētatio erūpat statim lupi mens rabida habitu se ouine pellis expoliat: q̄ñtūcūq̄ ꝫ bonos seuiat: psequēs demōstrat. CHRY. in ho. Facile etiā hypocrite capiūt: via enī quā iusti sūt ambulare laboriosa ē. hypocrita aūt laborare nō vtiq̄ eliget. Deinde vt nō dicas: q̄n impossibile est cognoscere tales: rursū rōnē ab humano exemplo ponit dicens: Nūquid colligent de spinis vuas aut de tribulis ficus? CHRY. Uua in se mysteriū christi hz. sicut enīz botrus multa in se grana ligno mediāte suspendit: sic t christus multos sibi fideles p lignū crucis tenet adiunctos. Sic⁹ aūt ē ecclesia: q̄ multos fideles tenet dulci quodā charitatis amplexu: sicut sic⁹ multa grana vno tegmine tenet inclusa. Sūt ergo ficus signa hec: charitatis q̄dem in dulcedine: vnitatis aūt in cōiunctione granorū. In vua aūt patientie quidē signū ē: qz in torcular mittitur. gaudij āt: qz vinū letificat cor hoīs. syncerit⁹ quia nō ē aq̄ ꝓmixtū. suauitatis aūt in delectatiōe. Spine aūt t tribuli sūt heretici. sicut ergo spina vel tribul⁹ ex q̄cunq̄ parte hz aculeos: sic t seruos diaboli ex q̄cūq̄ parte ꝯsideraueris: iniq̄tatis pleni sūt. Nō pñt q̄ huiusmodi spine t tribuli ecclesiasticos fruct⁹ ꝓferre. Qō aūt ꝑticulariter sub filitudine sic⁹ t vitis spine t tribuli direrat: oñdit ꝯsequēt vniuersaliter eē verū: cū dicit: Sic oīs arbor bona fructus bonos facit: mala autē arbor fruct⁹ malos facit.

AVG. de ser. do. In hoc aūt loco illor⁹ error cauēdus ē quidē duab⁹ arboribus duas naturas opinātes eē: quarū vna sit dei: altera vo nō. Nō aūt eos adiuuare duas ist̄as arbores dicēdū ē: qz de hoīb⁹ eum dicē planū ē: siquis ꝓcedētia t ꝯsequētia legerit.

AVG. xii. de ciui. dei: Noīb⁹ aūt ꝓdictis ipse nature displicēt: nō eas ꝯsiderātib⁹ fm vtilitatē suaz. nō aūt ex cōmodo vl' incōmodo nr̄o: sed p seipsā cōsiderata natura dat artifici suo gloriā. Nature igit oēs q̄si sūt: t ideo hūt modū suū: speciē suā: t quādam secū pacē suā ꝓfecto bone sunt. CGRY. Ut aūt nullus dicat quoniā mala arbor fert quidē fructus malos: fert autē t bonos. t sic difficilis sit cognitio ouplici ꝓlatione existēte: iō subiūgit Non pōt arbor bona fruct⁹ malos facere: neq̄z arbor mala fruct⁹ bonos facere. AVG. de ser. dñi. Ex h̄ verbo putāt manichei neq̄z animā malā fieri posse: vt in meli⁹ cōmutet: neq̄z bonā in deteri⁹: q̄si dictū sit: Nō pōt arbor bona mala fieri: neq̄z mala fieri bona. sed ita dictū ē: Non pōt arbor bona fructus malos facere: nec econuerso. Arbor q̄ppe est ipa aīa. i. ipse hō: fruct⁹ vo opa hoīs. Nō ergo pōt mal⁹ hō bona opari: neq̄z bon⁹ mala. Ergo si vult mal⁹ bona operari: ꝑius bon⁹ fiat. Quādiu aūt quisq̄z mal⁹ est non pōt facere fructus bonos. Sicut enī pōt fieri vt qō fuit nix: nō sit: nō aūt vt nix sit calida. sic pōt fieri vt q̄ mal⁹ fuit: nō sit mal⁹: nō tñ fieri potest: vt malus bene faciat: qz etsi aliquādo vtilis est: non h̄ ipse facit: sed fit de illo diuina ꝓuidentia, ꝓcurāte.

RABA. Homo aūt ipe arbor bona vel mala dr̄, ꝓpter volūtatē bonā vel malā. Fruct⁹ aūt sūt opa q̄ nec bona male volūtatis eē pñt: nec mala bone volūtatis. AVG. ꝫ Julia. Sic aūt manifestū ē ex volūtate mala tāq̄z ex arbore mala fruct⁹ ei⁹ fieri oīa opa mala: sic ipsaz volūtatē malā vñ dicet eē exortā nisi qz volūtas mala āgeli ex āgelo: ex hoīe hoīs orta est. Quid aūt erant hec duo añq̄z in eis ista mala orirēt: nisi bonū op⁹ dei t bona atq̄z laudanda nā-

Ecce ḡ ex bono oriḗ malū: nec fuit oīno vnde oriri
possit: nec ex bono ipsam dico volūtatē malā: qñ
nullū malū p̄cessit: nō opa mala: que nō sūt nisi ex
volūtate mala tanḡ ex arbore mala: nec ideo tāḡ
ex bono potuit oriri voluntas mala: qr bonū factū
est a bono deo: sed qr de nihilo factū nō de deo.
HIE. Querebam⁹ aūt ab hereticis q̄ duas in se con
trarias dicūt esse naturas: si iuxta intelligētiā eorū
arbor bona malos fructus facere nō p̄t: quō moy
ses arbor bona peccauerit ad aquā ꝯtradictiōis: pe
trus quoq; in passione dīm negauerit dicēs: Ne
scio hoīem: Aut q̄ ꝯsequētia socer moysi arbor ma
la q̄ in deū isrl̄ non credebat: dedit cōsiliū bonū:
CHRY. in ho. Quia vo punire nō iusserat falsos p̄
phetas: tō terret eos fm penā que ē a deo dicens:
Omnis arbor que nō facit fructū bonū excidetur:
t in ignē mittetur. q̄bus verbis t iudeos insinuare
videt: ideoq; verbor iohānis baptiste meminit: p
eadē vba penā eis subscribēs. Etenī t ille hoc dixit
ad iudeos: securim t arborē incisam: t ignē inextin
guibilē cōmemorans. Siq̄s aūt diligēter inuestiga
bit due pene sunt: t excidi: t cōburi. q̄ enim cōburit
t a regno excidet oīno: q̄ pena difficilior ē: multi ā
gehēnam solū abhorrēt. Ego aūt casū illius glorie
multo amariorē penā gehēne esse dico. Nō enī par
uus vel magnū malū non suscipet pater: vt videat t
potiatur dulcissimo filio: hoc itaq; in gloria illa pu
temus. non enī aliq̄s filiꝰ ita suauis ē patri vt illor
bonor requies t dissolui t esse cum christo. intole
rabilis quidē pena est t gehēna: ſz siquis decē mil
le ponat gehēnas: nihil tale dicit quale est a beata
gloria illa excidē t odio haberi a christo. ¶ GLO.
Ex p̄missa aūt similitudine concludit qō supra iam
dixerat quasi manifestum dicens: Igitur ex fructi
bus eorum cognoscetis eos.

Nō oīs qui dicit mihi: dñe dñe intrabit in regnū celor: sed qui fac voluntatem patris mei q̄ in celis ē: ipse intrabit in regnū celor. Multi dicēt mihi in illa die: dñe dñe nonne in noīe tuo ꝓphetauim⁹: t i noīe tuo demonia eyecim⁹: t in noīe tuo uirtutes multas fecim⁹: t tūc confitebor illis: qr nunq̄ noui uos. Discedite a me oēs q̄ opami iniquitatē.

HIE. Sicut supra dixerat eos q̄ habēt vestē bone
vite nō recipiēdos: ꝓpter dogmatum nequitiā: ita
nūc ecōtrario asserit: nec his quidē accōmodādam
fidem: q̄ cū polleant integritate doctrine malis opi
bus destruūt. vtrūq; enī dei seruis necessariū est: vt
t opus sermone: t sermo opibus cōprobet. t iō di
cit: Nō oīs qui dicit mihi dñe dñe intrabit ī regnū
celor. ¶ CHRY. in ho. Ubi iudeos maxime tange
re videtur in dogmatibus oīa ponētes. vñ t paul⁹
eos incusat dicēs: Si aūt tu iude⁹ cognominaris et
requiescis i lege. ¶ CHRY. sup matth̄. Uel aliē qñ
falsos ꝓphetas t veros ex fructib⁹ eor docuit dis
cernendos: hic iam manifestius docet q̄ sunt fruct⁹
quibus discernūt ꝓbi doctores t reprobi. ¶ AVG.
de ser. do. Lauendū enī ē in ipso christi nomine ab
hereticis vel quibuslibet male intelligētibus: t scīi
huius amatorib⁹ ne decipiamur. t iō dicit: Nō oīs
qui dicit mihi dñe dñe. Sz merito p̄t mouē quō
huic sententie cōueniat illud apl̄i: Nemo p̄t dicere
dīm iesū nisi in spūsco. Nō enim possum⁹ dicē illos
qui nō intrant in regnū celor habere spūscm. Sed
apl̄s ꝓprie posuit hoc verbū Dicit: vt significet vo
luntatē atq; intellectū dicētis: Ille enī ꝓprie dicit:
q̄ volūtatē ac mentē suam sono vocis enūciat. dīs
aūt generaliter hic posuit vbū dicēdi. videt enī eti
am ille dicere: qui nec vult nec intelligit quod dicit
¶ HIE. Moris ē enī scripturarū dicta ꝓ factis acci
pere: fm quē sensū dicit apl̄us: Confitent⁹ scire deū
factis aūt negāt. ¶ AMBRO. Dñe etiā vor a quo
cunq; dicatur: a spūsco est. ¶ AVG. de ser. do. Non
ḡ putemus ad illos fructus de quib⁹ supra dixerat
ptinere: siquis dño nostro dicat: Dñe dñe: t ex eo
nobis arbor bona videat: ſz illi sūt fruct⁹ facē volū
tatē dei. vñ seqtur: Sz q̄ fa. vo. pa. mei q̄ ī celis ē: ipe
intra. in re. ce. ¶ REMI. Celestis enī regni iter obe
dientia volūtatis dei: nō nūcupatio reputra est.
CHRY. sup matth̄. Que aūt ē volūtas dei ipse dīs
docet: Hoc ē inquit volūtas eius q̄ misit me: vt oīs
q̄ videt filiū: t credit in eū: habeat vitā eternā. Cre
dulitatis aūt verbū: t ad confessionē respicit: t ad
actū. qui ḡ non ꝯfitetur aut non ꝯuersat fm verbū
christi: non intrabit in regnū celor. ¶ CHRY. ibo.
Non aūt dixit: Qui facit volūtatē meaz: sed patris
quoniā interim ꝯueniēs erat p̄us hoc suscipi. ad im
becillitatē eor: sed t p̄ hoc illud occulte insinuauit:
nō est enī alia volūtas filij q̄ que est p̄ris. ¶ AVG.
de ser. do. Illud aūt ad rem ptinet: ne decipiamur:
non solū noī xp̄i p̄ eos q̄ nomē hñt: t facta nō agūt
sed etiā quibusdā factis atq; miraculis: qualia ꝓpe
infideles cū fecerit dñs: monuit tū ne talibus decipi
amur: arbitrantes ibi eē inuisibilē sapientiā: vbi mi
raculū visibile videm⁹. Unde adiūgit t dicit: Mul
ti dicēt mihi in illa die. ¶ CHRY. in ho. Uides qua
liter latēt iam seipsū introducit: Quia enī oēm com
pleuit sermonē: monstrat seipsū iudicē esse. Nō enī
pena expectat eos q̄ peccant: iā añ mōstrauit. Quis
autē ē qui punit: hoc iā reuelat dicens: Multi di
cent mihi in illa die. ¶ CHRY. sup matth̄. Cū. f. ve
nerit in maiestate patris sui: qñ iam nemo ausus ē
garrula cōtētiōe sermonū aut mendaciū defendere
aut ꝯtradicere veritati: qñ opa singulor loquēt: t
ora tacebunt: nec alter p̄ro altero interuenit: ſz sin
guli ibi timebūt. In illo enim iudicio non erunt te
stes adulatores hoīes: ſz angeli veraces: iudex autē
dīs iustus. vñ ꝓprie timentiū hoīm t angustias pa
tientiū vocē exp̄sit dicēs: Dñe dñe. Non enī semel
sufficit illi dicere Dñe: quē necessitas timoris astrin
git. ¶ HYLA. Gloriā aūt sibi ex vbi intētione pse
mūt in doctrine ꝓphetia t demonior fuga t oper
virtutibus atq; hinc sibi regnū celor pollicent⁹ di
centes: Nōne in noīe tuo ꝓphetauim⁹? ¶ CHRY.
in ho. Sed sūt quidā qui dicūt qñ mētientes hi h̄
dixerūt: ideo saluati nō sūt: sed nō auderēt iudice p̄
sente ad ipsū hoc dicere. Sed t ipsa responsio t int
rogatio oñdit eos talia fecisse. Quia. n. h̄ mirabiles

erant apud oēs miracula facientes: illic aūt videt se ipsos punitos admirātes dicūt: Dñe: nōne in nomine tuo. Quidā autē dicūt: qñ non in tpe in quo hec miracula faciebāt iniqua agebāt: sed postea. Sed si hoc erit rursus qō oīs volebat mōstrare: non ostat q. ſ. neq; fides neq; miracula valent: bona vita non existēte: qō t paulus dicit: Si habuero fidē vt montes transferā: charitatē aūt nō habuero: nihil sum. ¶ CHRY. Sed ꝺsidera qz ī noīe dicūt: nō in spiritu. ꝓpherant enī in noīe christi: sed in spū diaboli: quales sunt diuinatores. Sed sic discernunt qñ diabolus iterdū falsa dicit: spiritussanct⁹ numq̄. Lōcessiz est aūt t diabolo iterdū vera dicere: vt mendacium suum rata veritate cōmendet. Demonia autē eiciūt in noīe christi hūtes spīn inimici: magis aūt nō eiciunt: sed eicere vident colludētibus sibi demonib⁹. faciūt t virtutes. i. miracula: nō vtilia t necessaria sz inutilia t vacua. ¶ AVG. de ser. do. Legāt enī quāta fecerint resistentes moysi magi egyptioz. ¶ HIERO. Uel aliter: ꝓphetare vel vtutes facē t demonia eicere etiā diuina vtute iterdū nō est eius meriti q opaī: sed vel īuocatio noīs christi hoc agit: vel ob cōtēplationē eoz q̄ inuocant: aut vtilitatē eoz q̄ vident t audiūt cōcedit: vt lz hoīes despiciāt signa faciētes: tñ deū honorant ad cui⁹ inuocatōem fiant tanta miracula. nā t saul t balaā t cayphas ꝓphetauerūt. t in actib⁹ apl̄oz filij sene videbant eicere demonia: t iudas apl̄s cū aīo ꝑditoris multa signa iter ceteros apl̄os fecisse narrat. ¶ CHRY, ī home. Quia enī nō oēs ad oīa apte se habebāt: sed hi q̄dez erāt vite pure: fidē aūt nō tātaz habebāt: hi aūt ꝛziū iō de⁹ illos ꝓbos cōuertebat: vt multā ostēderet fidem: hos aūt ꝓ hoc ineffabile signoz donū vt fierēt meliores euocabat. vñ t cū multa copia hāc grām eis dabat. Dicūt enī: Uirtutes multas fecim⁹. Sz qz circa eū q̄ eos ita honorauit: ingrati facti sunt: recte sequit: Tūc ꝓfitebor illis qz nūq̄z noui vos. Signāter dicit: tūc cōfitebor: qz multo tpe añ dicē dissimulauerat. ¶ CHRY. Grandē enī irā grandis dilatio p̄cedere debet: q̄ iust⁹ facit dei esse iudiciū: t dignioꝛem īteritū peccatoz. Sciendū aūt q̄ peccatores nescit de⁹: qz nō digni sunt vt cognoscant a deo: nō ꝺa oīno ipsos nō cognoscat: sed qz suos esse illos non cognoscit. Sed videt eos non cognoscē: qz non eos diligit: sicut etiā nō vident deū cognoscē q̄ nō colūt eū digne. ¶ CHRY. in ho. Dicit aūt eis: Nunq̄z noui vos. q̄si nō solū in tpe iudicij: sed neq; tūc cū miracula faciebatis. multos enī t hic iā odio hz: t añ punitionē auertit. ¶ HIERO. Obserua etiā hoc qō dicit Nunq̄z noui vos: eē ꝺ quosdā dicētes q̄ oēs hoīes semp̄ uersati sunt iter rōnabiles creaturas. ¶ GREGO. xx. moza. Hac aūt sīa datur intelligi q̄ in hominibus charitas: humilitas: nō aūt debeāt vtutum ꝓfigna venerari. vnde nūc scā eccl̄a etiā siqua sunt hereticoz miracula despicit: qz hec sanctitatis spēz nō esse cognoscit. Probatio q̄dē sanctitatis nō ē signa facere: sed primū vt se diligere: de deo vera: de ꝓxia melioza q̄z de seipso sentire. ¶ AVG. ꝺ aduersariuz legis t ꝓphetaz: Absit aūt vt fm monachos ista de ꝓphetis sanctis dīs dixerit: sed dcm̄ est de his qui posteri⁹ euāgeliū p̄dicatū in ei⁹ noīe sibi loqui videntur: nescientes quid loquāt. ¶ HYLA. Sic autē hy potricte gl̄ati sunt: quasi aliq̄d ꝓpium sit q̄ loquunt aut faciūt: t nō oīa virtus dei īuocata pficiat: cuius doctrine sciam eiectio afferat demonioꝛ: fugā christi nomē exagitet. De nro igit est bta illa eternitas ꝓmerenda: malū omnie videntis agamusq; potius qō vult q̄z qō pōt gloziemur. Repudiās igit eos ac expellēs ꝓpter opa iniquitatis dicit: Discedite a me q̄ opamini iniquitatē. ¶ HIERO. Nō dixit: q̄ opati estis iniquitatē: ne videret tollere pniam: sed q̄ opamini. i. q̄ vsq; ī pītem hozā cū iudicij tps aduenerit: lz nō habeatis facultatē: peccādi tamē adhuc habetis affectum. ¶ CHRY. Nō mozs q̄dem aīam a carne separat: anime aūt ꝓpositum non immutat.

¶ Omnis ergo q̄ audit uerba mea: hec: t facit ea: assimilabit uiro sapiēti q̄ edificauit domū suam supra petram: t descēdit pluuia t uenerunt flumina: t flauerūt uēti: t irruerūt in domū illā: t nō cecidit. Fundata enī erat supra petrā. Et oīs q̄ audit uerba mea hec: t nō facit ea: similis erit uiro stulto q̄ edificauit domum suā sup̄ harenā: t descendit pluuia t uenerūt flumina t flauerūt uenti t irruerūt in domū illā t cecidit: t fuit ruina eius magna.

¶ GREGO. in ho. Quīn q̄dā futuri erāt: q̄ dicta sūt a dño admirātes: ostensionē aūt q̄ est ꝓpa nō tribuentes: sed ꝑueniēs eos dicit: Oīs q̄ q̄ audit verba mea hec t facit ea: assimilabit viro sapiēti. ¶ CHRY. Nō aūt dixit: Estimabo eū q̄ audit t facit vir⁹ sapiētem: sed Assimilabit viro sapiēti. ergo q̄ similat hō est. Cui aūt assimilat: christo. Christ⁹ aūt est sapiēs vir q̄ edificauit domū suā. i. eccl̄am supra petrā. i. sup̄a fortitudinē fidei. Uir aūt stult⁹. i. diabol⁹: q̄ edificauit domū suā. i. oēs ipios: sup̄ harenā. i. īcōstātiā infidelitatis: aut sup̄ carnales hoīes q̄ dicūt harena ꝓpter sterilitatē. Et qz nō coherēt sibi: sed sunt p diuersas opiniones dispersi: t qz sunt innumerabiles. Pluuia aūt est doctrina q̄ irrigat hoīem: nubes aūt est a quibus pluuia fluit. q̄dā a spūscō excitant sicut apl̄i t ꝓphete. Et q̄dā a spū diaboli: sicut sunt heretici. Uenti aūt boni sunt spūs diuersaꝛ vtutū vel angeli q̄ inuisibiliter in sensib⁹ hominū opāt: t adducunt ad bona. Uenti aūt mali sunt spūs īmūdi. Flumina aūt bona sunt euāgeliste t doctoꝛes: ꝓpli flumina mala: hoīes īmundo spū pleni t vbositate instructi: sicut pharisei t ceteri secularis scīe, pfessoꝛes de quoꝛ ventre exeūt flumina aque mortue. eccl̄az q̄ quā christ⁹ fundauit nō pluuia mēdacis doctrine corrūpit: neq; diabolic⁹ flat⁹ īpellit: neq; violētoꝛ fluminū īpet⁹ mouet. Nec est ꝺrīū q̄ q̄dā de eccl̄a cadūt. Nō enī oēs q̄ christiani dicūt christi sunt: sed nouit dns q̄ sunt eius. Sed ꝺ domū quā edificauit diabol⁹ descendit pluuia vere doctrine. venti. i. spiritales gr̄e aut angeli. flumia quatuoꝛ euāgeliste t ce

f

teri sapiẽtes. Et sic cecidit.i. dom⁹ gentilitas:vt surgeret chr̃ist⁹:z fcã ẽ cius ruina magna:solutis erroribus cõuictis mẽdacijs z idolis in toto mundo destructis. chr̃isto g̃ similis est q̃ audit verba chr̃isti z facit ea.ipse enĩ edificat supra petrã.i.chr̃istũ q̃ ẽ omne bonum vt in q̃cũq; spẽ boni alios edificauerit supra chr̃istũ edificasse videat:sicut autẽ eccl̃a edificata a chr̃isto dirui nõ põt:sic talẽ chr̃istianuz: q̃ se edificauit sup chr̃istũ:nulla aduersitas deijcere põt:fm illõ:Quis nos sepabit a charitate chr̃isti diabolo ãt est similis q̃ audit v̈ba chr̃isti:z nõ facit. Uerba enĩ que audiũt:z nõ fiunt:separata sunt z dispersa:z ideo assimilant harene. Harena etiã est oĩs malicia: vel etiã mũdialia bona. Sicut aũt dom⁹ diaboli destructa ẽ:ita tales supra harenã fmdati destruunt z cadunt. Et ẽ ruina magna si de fundamẽto fidei aliq̃d ruine fuerit passus. Nõ aũt si fornicat⁹ fuerit:aut homicidium fecerit:q: hz vñ p pniam surget:sicut z dauid. RABA. Uel ruina magna itelligẽda est: q̃ destructur⁹ ẽ oĩs audientib⁹ z nõ faciẽtib⁹: Ite in ignẽ eternũ. HIERO. Uel aliter: Sup harenã q̃ fluida est z in vnã copulã non põt redigi oĩs hereti cor fmo edificat:vt corruat. HYLA. Uel alit: Imbruuis blandaz z sensim illabẽtiũ voluptatũ illecebras significat:qbus pmũ fides ruis patiẽtib⁹ ima/ desc̃it:post quas fluuioz ꝓcursus.i.grauioz cupiditatũ mot⁹ icurrit:vt exinde tota ventoz vis circũflãtiũ desciat.i.vniuersus diabolice ptãtis spũs iserat. AVG. Uel aliter: Pluuia cũ in mali alicui⁹ signi ficatione ponit:caliginosa suspitiõ itelligit. Rumores aũt hominũ ventis cõpar̃at:fluui⁹ aũt carnalib⁹ ocupiscentijs tanq̃ fluentib⁹ sup terrã z q̃ ꝓsperitatib⁹ inducit:quoz nihil metuit:qui fundatã hz domum supra petrã.i.qui nõ solũ audit ꝓceptũ dñi: sz etiã facit. Et in bis oĩb⁹ piculose subijcit: Qui audit z nõ facit. Nõ enĩ q̃sq; firmat in se quẽ dñs ꝓcipit: vel ipse audit:nisi faciẽdo. Cõsiderãdũ aũt est:q: cũ dixit:Qui audit v̈ba mea hec:satis significat istũ sermonẽ oĩbus ꝓceptis q̃bus chr̃istiana vita format: esse pfectũ:vt merito q̃ fm ea viuere voluerint:opa/ rent edificanti supra petram.

Et fcm̃ est:cũ consũmasset ihesus uerba hec:admirabant turbe super doctrina ei⁹. Erat enĩ docẽs eos sicut ptãtem habens:z non sicut scribe eoz̃ z pharisei.

GLO. Posita doctrina chr̃isti effectum doctrine ipsi⁹ in turbis oñdit dicẽs: Et fcm̃ est cuz cõsũ. ihesus v̈ba hec:admi.tur.sup doc.ei⁹. RABA. Cõsũmatio hec ad pfectõem v̈boz z itegritatẽ dogmatis pertinet. Quod aũt oꝝ turbas admirari aut infideles in turba significat:q̃ ab hoc stupebãt:q: nõ credebant verbis saluatoris:aut q̃ oẽs generaliter demõstrat: q̃ excellẽtiã tante sapie in eo venerabãt. CHRY. sup matth. Placat⁹ rõnabiliter hõis itellect⁹ laudẽ generat:victus aũt admirationẽ. Quicq̃d enĩ digne laudare nõ possum⁹ admiramur. Admiratio tñ eorũ magis ad gl̃am chr̃isti ptinebat q̃z ad fidẽ ipoz̃: si enĩ crederẽt in chr̃istũ nõ mirarent. Illud enĩ mouet admiratõez q̃ supat faciẽtis aut dicẽtis psonã: z iõ q̃ a deo fcm̃ aut dcm̃ est:nõ admiramur: quia oĩa minora sunt q̃z dei potẽtia. Turba autẽ erant q̃ mirabant.i.pples vulgaris:ñ ꝓncipes ppli q̃ ñ discẽdi studio audire solebãt. Popul⁹ autẽ simpler simpliciter audiebat:sed eoz̃ silentiũ si illi interfuissent suis ꝺditionib⁹ ꝺturbassent:vbi enim est maior scia illic fortior malicia:q̃ enĩ festinat eẽ ꝓpor:nõ est ꝺtentus eẽ secũdus. AVG. de cõ.euã. Ex eo autẽ q̃ ꝺ dicit põt videri discipulos turbã deseruisse: ex q̃b⁹ illos.xij.elegerat in mõtẽ ex plurib⁹:quos apl̃os nominauit:q̃ matthe⁹ ꝺ ptermisit. Solis enĩ discipulis in mõte videt ihesus hũc habuisse fmonẽ quem matthe⁹ iterposuit:z lucas tacet. Et deinde cũ descẽdisset in loco cãpestri habuisse alterz similẽ: de quo matthe⁹ tacet:lucas nõ tacet. Quãq; etiã illud possit occurrẽ q⁹ sicut supra dcm̃ est apl̃is: cetgrisq; turbis ꝓtib⁹ vnũ habuisse fmonẽ quem matthe⁹ luscasq; narrarũt diuerso narrãdi mõ:sed eadẽ vitate sñiaz. z sic planũ est q̃ ꝺ hic dicit de admiratõe turbe. CHRY. in ho. Cãm autẽ admiratõis subdit decens:Erat.n.ꝺ.eos sicut po.ha.z nõ sicut scri.eoz̃ z phari. Si aũt hanc ptãtem videtes ꝓpa scribe cũ a se abigebãt:vbi sola v̈ba erãt ptãtem manifestantia:q̃liter scãdalizati ꝺ fuissent: sz turbe hoc ñ passe sunt. Cũ enĩ aĩa benuola fuerit:facile psuadet a sermonibus vitatis. Erat aũt potestas docẽtis vt multos eoz̃ caperet z in admiratõez mitteret: ita q⁹ propter delectationẽ eoz̃ q̃ dicta erant:neq; tacenté dimittebãt. vñ z secute sunt eũ descendentẽ de mõte. Stupebãt autẽ ei⁹ maxie ptãtem:q: non ad aliũ referẽs vt ꝓphete z moyses dixerũt:q̃ dixit: sed vbiq; oñdit se eũ esse:q̃ habet dñm:etenĩ legẽ ferẽs continue apponebat: Ego aũt dico vobis. HIERO. Q: q̃si de⁹ z dñs ipsi⁹ moysi ꝓ libertate voluntatis sue vel ea que min⁹ videbant addebat in lege:vel commutans ꝓdicabat in ꝓplo:vt supra legim⁹. Dictum est antiquis:ego autẽ dico vobis. Scribe aũt ea tñ docebãt q̃ scripta sunt in moyse z ꝓphetis. GREGO. xxiiij. mozali. Uel singulariter chr̃ist⁹ ex bonitate locut⁹ est:q: ex infirmitate mala nulla cõmisit. Nos autẽ q: infirmi sum⁹ ex ꝓpa infirmitate pẽsemus quo docendi ordine infirmis fratrib⁹ cõsulamus. HYLA. Uel in v̈boz̃ vtutib⁹ effectũ ptãtis metiebant. AVG. de ser.ꝺo. Doc est enĩ qꝺ i psalmo significat:fiducialiter agã in eo: Eloda oñcelo/ quia casta:argentũ igne examinatũ terre ꝓbatũ septuplũ:ꝓpter quẽ numerũ admonit⁹ sum oĩa ista precepta ad septẽ illas referre sentẽtias:quas in principio sermonis hui⁹ posuit.s.de beatitudinib⁹. Qꝺ enĩ aliquis fratri irascat sine cã vel racha dicat: vl fatuum eũ appellet:supbissime admittit: ꝺ qꝺ est vnuz remediũ vt supplici ãio veniã deꝑcet:qui nõ iactantie spũ inflet. Beati g̃ pauperes spũ:qñ ipsoz est regnum celoz. Cõsentit autẽ aduersario.i.v̈bo dei reuerentiã exhibẽdo.quisq; ad testamentuz p̃ris operiendũ:nõ litib⁹ acerb⁹ sed pietate mitis accessent. Beati g̃ mites:quoniã ipsi hereditate possidebunt terrã:Quisq; etiã carnalẽ delectatõez ꝺ rectã voluntatem suã rebellare sentit exclamet: Infelix ego hõ q̃s me liberabit de corpore mortis hui⁹?:z ita lugẽdo ꝓfloret ꝺsolatoris auxiliũ. vñ beati q̃ lugent:quoniã ipsi cõsolabunt. Quid aũt laborioſi⁹ cogitari põt q̃z

Ca.VIII.

vt ociosa ꝺsuetudine supanda ꝓcidãt intra se membra impediẽtia regnũ celoꝝ:nec doloꝛe frangat:tolleret in ꝺiugali fide oĩa q̃ quãuis sint molestissima crimẽ tñ fornicatõis nõ habẽt:veꝝ loquat̃ q̃ nõ in rõnibus crebris:sed in moꝝ ꝓbitate cõmendet. Sz quis tãtos laboꝛes inire audeat: nisi flagret amoꝛe iusticie:quasi fame ac siti vehemẽti attẽtus:Beati q̃ esuriũt & sitiũt:qm̃ ipsi saturabunt̃.Quis autem pót parat⁹ eẽ ab infirmis iniurias sustinẽ:petẽti a se tribuere:diligẽ inimicos:bñfacere his q̃ se oderunt: oꝛare ꝓ ꝓsequẽtib⁹:nisi ꝓfecte miseꝛicoꝛꝺe. Beati ergo miseꝛicoꝛdes:qm̃ ipsi miseꝛicoꝛdiã cõsequentur. Mũdũ autẽ coꝛdis oculũ hz:q̃ funẽ bonoꝝ operum suoꝝ:nõ in eo ꝺstituit vt hõibus placeat neq; vt cõparet ea q̃ huic vite sunt necessaria:neq; temere animũ hõis ꝺdẽnat:& quicq̃d exhibet hõi:hac ĩtentiõe exhibet:q̃ sibi vult exhiberi. Beati g̃ mundo coꝛde qm̃ ipsi deũ videbũt.Oportet etiã vt ꝓ mũdũ coꝛ inueniat̃ arta via sapĩe:cui puerꝛorũ hominũ deceptõnes obstrepũt q̃s euadẽ est venire ad pacẽ sapiẽtie. Beati g̃ pacifici:qm̃ filii dei vocabunt̃: sed fiue iste oꝛdo ꝺsiderand⁹ sit siue ali⁹:faciẽda sũt q̃ audiuim⁹ a dño:si volum⁹ edificare supꝛa petrã. CA.VIII.

Cum aũt descẽdisset ihesus de mõte:secute sunt eũ turbe multe: & ecce lepꝛos⁹ ueniens adoꝛabat eũ dicẽs:Dñe si uis potes me mũdare. Et extẽdẽs ihes⁹ manũ:tetigit eũ dicẽs:Volo:mundare.Et cõfesti mũdata ẽ lepꝛa ei⁹. Et ait illi ihesus. Vide nemini ꝺxeris:sed uade oñde te sacerdoti: & offeꝛ munꝰ tuũ q̃ ꝓcepit moyses i testimoniũ illis.

HIERO. Post ꝓdicatiõnẽ atq; doctrinã:signoꝝ offerẽ occasio:vt ꝓ virtutũ miracula ꝓterit⁹ apõ audiẽtes fmo firmet̃. CHRY. Quia enĩ q̃si ptãtem habens docebat vt non estimaret̃ ostensio esse hic doctrine modus operib⁹ hoc idẽ facit:q̃si potestatẽ habẽs curare.Et iõ ꝺicit:Cũ aũt descẽ.de mon.secu. sũt eũ tur.mul. ORIGE. Docẽte enĩ dño ĩ monte:discipuli erãt cũ ipso q̃bus erat ꝺatũ celestis doctrine nosse secreta. Nũc aũt descẽdẽte eo de mõte: turbe secute sunt eũ:que in montez ascẽdere neq̃q̃ poterãt:q; quos delictoꝝ sarcina deꝑmit:ad mysterioꝝ sublimia scãdere nõ valent.Descẽdẽte aũt domino:hoc est inclinãte se ad infirmitatẽ & ĩpotẽtiaz ceteroꝝ:miseꝛ⁹ est ĩperfectõi eoꝝ vel infirmitati. secute sũt eũ turbe multe:q̃dã,ꝓpter claritatẽ: plericq; ꝓpter doctrinã:nõnulli,ꝓpter curationẽ & admiratiõnẽ. AIMO. Vel aliter:Per montez in quo dominꝰ sedet:celũ intelligit̃:de quo scriptũ est: Celuz mihi sedes est.Sed cũ dñs in monte sedet:soli discipuli ad eũ ascendunt:q; añq; fragilitatis nre hũanitatẽ assumeret: notus erat tñ in iudea deꝰ. At vero postq̃ de mõte siue diuinitatis descẽdit:& hũanitatẽ nre fragilitatẽ assumpsit:magna turba nationũ secuta est eũ.Demõstrat̃ aũt doctoꝛib⁹: vt ĩ ꝓdicatõe sua fmonẽ habeãt ꝑatũ:& sicut viderint vnũquẽq; capere posse:ita & vbũ dei annũcient. Ascẽdũt enĩ in mõtem doctoꝛes:cũ pfectioꝛib⁹ excellẽtia ꝓcepta oñdũt:descẽdũt vero cũ infirmioꝛib⁹ leuiora demõstrant. CHRY.sup matth. Inter ceteros autẽ qui mõtẽ nõ ascenderãt:& lepꝛosus surꝛsum ascendẽ nõ valebat:q̃si peccatoꝝ baiulãs põdus. Lepꝛa enĩ est peccatũ aiaꝝ nraꝝ. Iõ g̃ dominꝰ de altitudine celi q̃si de excelso mõte descẽdit:vt lepꝛam peccatoꝝ nrorũ mũdaret.Et iõ q̃si iã ꝓparat⁹ descẽdẽti occurrit ꝓpter qõ dr:Et ecce lepꝛosus veniens. ORIGE. Deoꝛsuz currit & in mõte nihil dicit:qz tps est omni rei sub celo:temp⁹ doctrine:& tps curatõis. In monte docuit:aĩas curauit:coꝛda sanauit:q̃bus cõpletis sicut de celestib⁹ mõtib⁹ ad saluandos carnales descẽdente:venit ad eũ lepꝛosus & adoꝛabat cũ anteq̃ peteret. adoꝛare cepit:cultũ oñdẽs. CHRY. super matth. Nõ enĩ illũ petebat q̃si hoiem artificẽ:sz adorabat eũ q̃si deũ. Oratio aũt ꝓfecta est fides & cõfessio.vñ lepꝛosus fidei opus adoꝛãs ꝺplenit:sed opus cõfessionis ꝺpleuit in vbis. vñ adoꝛabat eũ dicens: ORIGE.Dñe ꝓ te oĩa fcã sunt:tu g̃ si vis potes me mũdare.Volũtas tua opus est:& cpa tue voluntati obediũt.Tu ꝑus naaniã syrũ per helyseum a lepꝛa mũdasti:& mõ si vis potes me mũdare. CHRY. in ho. Nõ dixit:Si rogaueris deũ:neq; si oꝛaueris:sed si volueris:potes me mundare. Neq; dixit:dñe mũda:sed ei totũ cõcedit:& dñm eũ facit:& ptãtẽ vniuersoꝝ ei attribuit. CHRY.sup matth.Et ita spiritali medico:spiritalẽ offerebat mercedẽ.nã sicut medici pecunijs:iste oꝛone placat̃. Nihil enĩ digni⁹ offerimus deo q̃ oꝛonem fidelẽ. In hoc autẽ q; dicit:Si vis.nõ dubitat chꝛisti volũtatẽ ad omne op⁹ bonũ paratã:sed qz nõ oĩbus expedit coꝛporalis ĩtegritas nesciebat vtꝝ ei expediebat curatio illa.Dicit g̃:Si vis.ac si diceret:Credo qz qõ bonũ est vis:ignoro aũt si est nihil qõ desidero bonũ. CHRY.i home. Cũ aũt volũtate ac fmone purgare posset:manꝰ apposuit tactũ.vñ sequit̃:Et extendẽs manũ:tetigit eũ vt oñdat qm̃ nõ subiacet legi: & qm̃ mundo iã nihil est ĩmundũ.Heliseus aũt obseruãs legis diligẽtiaz: nõ exiuit & tetigit naaniam:sed mittit eũ ad iordanẽ lauandũ.Dñs aũt monstrat:qm̃ nõ vt seruꝰ:sz vt dominꝰ curat & tangit. Nõ enĩ manꝰa lepꝛa facta ẽ immunda:sed coꝛpꝰ lepꝛosuz a manu sancta ꝺstitutuz est mundũ. Nõ enĩ coꝛpa solũ curatur⁹ venit:sed & aĩam in verã sapiam ducturꝰ.Sicut igit̃ manib⁹ nõ lotis iã nõ mãducare,ꝓhibebat:ita & hic erudit quoniam oportet aĩe lepꝛã fornidare solã:qõ est peccatum:lepꝛã aũt coꝛporis nullũ ĩpedimẽtũ esse ad virtutẽ. CHRY.sup matth.Quãuis autẽ lr̃am legis soluerit;ꝓpositũ tñ ei⁹ nõ soluit.Iõ tñ lex iussit non tãgere lepꝛã:qz nõ poterat facere vt lepꝛa nõ foꝛdidaret tangentẽ:ergo voluit tangẽ lepꝛã:nõ vt lepꝛosi nõ sanarent̃:sed vt tãgẽtes nõ inquinarent̃. Iste aũt tãgens nõ inquinat⁹ est a lepꝛa sed ipsam lepꝛã mũdauit tangendo. DAMA. Nõ enĩ deꝰ solum erat:sed homo.vñ ꝓ tactũ & ꝓ fmonẽ diuina signa operabat̃.vt enĩ ꝑ oꝛganũ:ita ꝓ coꝛpꝰ diuine pficiebant̃ actiones. CHRY.in ho. Cũ aũt lepꝛosũ tangit nullus eũ incusat:qz nõdũ inuidia detenti erant auditoꝛes. CHRY.super matthеũ: Sinaũt tacite

eũ curaſſet: quis ſcire poterat: cui⁹ virtute ſanat⁹ eẽt
Igit̃ volũtas mundandi facta eſt ꝓpter lepꝛoſum
Uerbum autẽ ꝓpter ſpectantes. Ideo dixit: Uolo
mundare. HIERO. Non aũt vt pleriq; latinoꝛum
putant iunctim legendũ eſſe: Uolo mundare. ſed ſe
parati Uolo. deinde imperãs dicat: Mũdare. Ille
enĩ dixerat: Si vis. domin⁹ reſpõdit: volo. Ille ꝓmi
ſerat: Potes me mũdare: domin⁹ dixit: Mundare.
CHRY. in homel. Nuſq; autẽ videt dicere hoc v̄
bum: q̃uis magna ſigna faciens: ſed hic ꝓpterea ap
poſuit Uolo: vt opinionẽ plebis & lepꝛoſi de ei⁹ po
teſtate cõfirmaret. CHRY. in ho. Celſit autẽ man
danti natura cum decẽti velocitate. Et ideo ſequit̃:
Et confe. mun. eſt le. eius. ſed hoc q̃ dicit: Confeſti
multum eſt tardi⁹ velocitate q̃ ſm opus eſt facta.
ORIGE. Quia enĩ non dubitauit credere: non tar
dat̃ ſanatio: qui non diſtulit confeſſionẽ: non differ
tur mundatio. AVGV. de con. euan. Hui⁹ autem
lepꝛoſi mundati: quẽ lucas meminit: nõ ſane hoc oꝛ
dine ſed vt ſolent p̃termiſſa recoꝛdari: poſteri⁹ facta
p̃occupari: ſicut diuini⁹ ſuggerebãt̃: vt antea cogni
ta poſtea recoꝛdãdo reſcriberẽt. CHRY. in home.
Curãs autem ei⁹ coꝛpus iubet nulli dicere. vñ ſeq̃t̃:
Et ait illi ieſus: vide nemini dixeris. Quidã igit̃ aiũt
quoniã ideo iuſſit hoc vt non malignent̃ circa eius
purgationẽ: q̃ inſipient̃ dicit̃. Non enĩ ita mũda
uit: vt dubitabilis eſſet mũdatio: ſed nulli dicere iu
bet: docens nõ intelligere oſtentationẽ & honoꝛem.
Qualit̃ igit̃ alij ſanato iubet dicere: Sed in hoc eru
diuit nos bone mentis eſſe. Non enĩ illic diuulgari
ſe iuſſit: ſed dari gl̃am deo. p lepꝛoſum ergo hũc in
ſtruit nos nõ eſſe vane glorioſos: p illum autẽ non
eſſe ingratos: ſed oĩa ad laudẽ dei referre. HIER.
Et reuera quid erat neceſſe q̃ ſmone iactaret: quod
coꝛpe p̃ferebat. HYLA. Uel vt ſalus hec non offe
ret̃ potius q̃ q̃reret̃ ſilentiũ ꝓperat. Sequit̃: Sz va
de oſtende te ſacerdo. HIER. Mittit aũt eum ad ſa
cerdotes: ꝓmũ ꝓpt humilitatẽ: vt ſacerdotib⁹ defer
re videat̃: deinde vt videntes lepꝛoſum mundatuz
ſi crederent ſaluatoꝛi: ſaluarent̃. ſi vo non crederẽt:
inexcuſabiles fierẽt: & ſimul ne q̃ ꝓ eo ſepiſſime cri
minabant̃: legẽ infringẽ viderẽt̃. CHRY. ꝓ home.
Neq; enĩ vbiq; eã diſſoluebat: neq; vbiq; cuſtodie
bat: ſed q̃nq; quidẽ hoc q̃nq; illud faciebat: in vno
q̃dem future ſapie ꝓparãs vitam: in altero autẽ iue
recundã iudeoꝝ cohibens linguã: & cõdeſcẽdẽs im
becillitati eoꝝ. Uñ apl̃s apparẽt q̃nq; quidẽ obfuã
tes legẽ: q̃nq; aũt eã p̃termittẽtes. ORIGE. Uel
mittit ad ſacerdotes vt cognoſcãt: q; non p legis cõ
ſuetudinẽ mũdat⁹ eſt: ſed p gr̃e opationẽ. HIER.
Erat autẽ in lege p̃ceptum: vt qui mundati fuerant
lepꝛa: offerrẽt munera ſacerdotib⁹. vñ ſequit̃: Et of
fer munus tuũ: quod p̃cepit moyſes in teſti. illis.
CHRY. Non ſic intellige q; hoc moyſes p̃cepit in
teſtimoniũ illis: ſz vade tu offer in teſtimoniũ illis.
CHRY. in ho. ꝓuidens enĩ chriſt⁹ eos ex hoc nihil
ꝓfecturos: non dixit: In emendationẽ eoꝝ: ſed In
teſtimoniũ. i. in accuſatõem & atteſtatõem: quoniaz
que a me erãt fienda: oĩa facta ſunt. Et lz eos ꝓuide
rim non emẽdari: non tñ dimiſi q̃ facere oꝛtebat.
Illi autẽ in ꝓpa mãſerũt malicia. Non autez dixit:
munus q̃ ego iubeo: ſed q̃ moyſes iuſſit: vt interi
trãſmittat ad legẽ: & iniquoꝝ obſtruat oꝛa: vt enim
nõ dicant: quoniã ſacerdotũ gl̃am rapuit: opus qui
dem ipſe ꝓpleuit: ꝓbationem autez illis conceſſit.
ORIGE. Uel offer munus tuũ: vt oẽs qui videt te
poꝛtare miraculo credãt. CHRY. ſup mattheum:
Uel iõ iubet offerri munera vt ſi poſtmodum eũ ex
pellere vellẽt diceret eis: munera q̃ſi a mundato ac
cepiſtis: & q̃o me q̃ſi lepꝛoſuz expellitis. HYLA.
Uel legendũ eſt q̃ moyſes p̃cepit in teſtimonium
illis: q; q̃ moyſes in lege p̃cepit: teſtimoniũ eſt nõ
effectus. BEDA. in ho. Si quẽ autẽ moueat: q̃o
dñs cũ videat̃ moyſi ſacrificiuz appꝛobare: id eccla
non recipiat: meminerit q⁹ nõdũ chriſt⁹ coꝛp⁹ ſuuz
obtulerat ꝓ paſſionẽ in holocauſtũ. Non aũt opoꝛ
tebat auferri ſignificantia ſacrificia ꝓus q̃ illud q̃
ſignificabat̃ ꝛfirmatũ eẽt teſtimonio apl̃oꝝ ꝓdican
tium & fide credentiũ ppl̃oꝝ. Uir autẽ iſte gen⁹ hu
manũ deſignat: qui nõ ſolum lepꝛoſus: veꝝ etiã in
xta euãgeliũ luce plenus lepꝛa fuiſſe deſcribit̃. Om
nes enĩ peccauerũt: & egent gl̃a dei: illa. ſ. vt extenta
manu ſaluatoꝛis hoc eſt incarnato dei v̄bo huma
namq; cõtingente naturã: ab erꝛoꝛis paſci vanitate
mundent̃. & q; diuti⁹ abominabiles & a caſtris po
puli dei electi iã aliq̃ tẽplo redditi & ſacerdotiq̃
ant offerre coꝛpa ſua hoſtiã viuẽtem: illi. ſ. cui dicit̃:
Tu es ſacerdos in eternũ. REMI. Moraliter aũt
p lepꝛoſum deſignat̃ peccatoꝛ: nã peccatũ imũdã &
variã aĩam facit: qui añ chriſtũ ꝓcidit: q̃ de ꝓximis
peccatis confundit̃: & tñ debet cõfiteri & remedium
pñie poſtulare. nã lepꝛoſus vulg⁹ oñdit: & remediũ
poſtulauit. Extendit aũt dñs manũ q̃ auxilũ dua
ne miſerationis ꝓpendit: & ſtati cõſequit̃ remiſſionẽ
delictoꝝ: nec debet eccl̃e eidem reconciliari: niſi iu
dicio ſacerdotis.

Cũ aũt introiſſet capharnaũ: ac
ceſſit ad eũ centurio: rogãs eum & di
cens: Dñe puer me⁹ iacet in domo
paralyticus: & male toꝛquet̃. Et ait
ille ieſus: Ego veniã & curabo eum.
Et rñdens centurio ait: Dñe nõ ſu
dign⁹ ut intres ſub tectum meũ: ſed
tñ dic verbo & ſanabit̃ puer meus.
Nã & ego hõ ſum ſub ptãte ꝓſtitu
tus hñs ſub me milites: & dico huic
vade & vadit: & alij veni & venit: &
ſeruo meo: fac hoc & facit.

CHRY. ſup matth. Poſtq̃ dñs diſcipulos docu
it in mõte: lepꝛoſum aũt ſanauit ſub monte: venit ca
pharnaũ in myſterio: q; p⁹ iudeoꝝ mũdationem ve
nit ad gẽtes. AVG. Capharnaũ enĩ que villa pin
guedinis interpꝛat̃: ſiue ager ſolutõis: eccl̃am q̃ ex
gentib⁹ eſt collecta ſignificat: que ſpiritali pinguedi
ne eſt repleta: ſm illud: Sicut adipe & pinguedine
repleat̃ aĩa mea. Et iter preſſuras ſeculi de celeſtib⁹
conſolat̃: ſz illud: Cõſolatões tue letificauerũt aĩam
meã. vñ dr̃: Cũ aũt introiſſet capharnaũ: acceſſit ad
eũ centurio. AVGV. de v. domi. Iſte centurio de

gentib⁹ erat. Jã enī de iudea gens habebat militē romani imperij. CHRY. sup matth. Centurio aūt iste p̄m⁹ fruct⁹ ex gētibus: ad cui⁹ fidei cōparationē omniū iudeoꝝ fides infidelitas est inuenta: qui neq; christū audiuit vocentē neq; leprosū cū mūdaret aspexit: sed audita tātūmō sanitate leprosi: plus credidit q̄ audiuit. erat enī in mysterio gentiū futurarū: q̄ neq; legē ap̄ pphetas legerāt de christo: neq; ip̄m christū mirabilia facientē viderūt. Accessit g̃ rogans eū & dicens: Dñe puer me⁹ iacet in do. para. & male torquet. Vide aūt bonitatē centurionis q̄ p̄ salute serui solicite festinabat q̄si non dānū pecunie sed salutis passur⁹ in morte illi⁹. Nullā enī oriam estimabat iter seruū & dñm: qz & si dignitas ī hoc seculo diuersa est iter illos: vna tñ est illis natura. Fidem aūt centurionis vide: qz non dixit veni & salua eū: qz & ille cōstitut⁹ in omni loco erat p̄ns. sapiētia autem: qz non dixit: hic ꝺstitut⁹ salua eū: sciebat enī qz potens est ad faciendū: sapiens ad intelligenduz: misericors ad exaudiendū: iō infirmitatē nr̄ exposuit. Remediū aūt sanitatis in ptāte misericordie ei⁹ dimisit dicēs: Et male torquet. In quo apparet quia diligebat eū. Nā vnusquisq; quē diligit & si modice fuerit tediat⁹: graui⁹ eū putat habē q̄ hz. RABA. Dia ista cū dolore cognoīauit & iacentē & paraliticum & male detentum: iō vt aīe sue angustias demonstraret & dñm cōmoueret: sic debent oēs cōdolere suis: & eoꝝ curā hr̄e. CHRY. in ho. Quidā autem dicūt q̄n excusans se in hoc: cām dixit p̄p̄ quā non ip̄m adduxit. Neq; enī possibile erat dissolutū eū cū torqueret: & ad vltima eēt expiratōes portari. Ego aūt signū hoc esse magne fidei dico: qz enī sciebat q̄ sola inunctio sufficeret ad restaurationē iacētis superfluum estimabat eū ducē. HYLA. Jacētes autē in seculo: & peccatoꝝ morbis dissolute: spiritaliter gentes estimāde sunt: oibus vndiq; mēbris fluidis & ad cōsistendi officiū gradiendiq; corruptis q̄rū salutis sacrm in puero centurionis explet: q̄ sat| dictū sit p̄ncipem eē gentiū creditura. Quis aūt sit hic p̄nceps: canticum moysi in deutronomio docet: vbi. s. dr̄: Constituit termin⁹ gentiū iuxta numerum angeloꝝ. REMI. Vel p̄ centurionē designāt q̄ p̄mi ex gentib⁹ crediderunt: & pfecti in virtutib⁹ fuerunt. Centurio enī dicit qui centū militib⁹ p̄est: centenari⁹ aūt numer⁹ pfect⁹ est. Recte ergo centurio p̄ puero suo rogat: qz primitie gentiū p̄ salute totius gentilitatis deū rogauerūt. HIERO. Videś autē dñs centurionis fidē humilitatē & prudentiā: statim se iturū esse p̄mittit. vñ sequit: Et agit illi ieſus: Ego veniā & curabo eū. CHRY. in ho. Quod nūq̄ fecit hic: facit ieſus. vbiq; enī sequit voluntatē supplicantium: hic aūt p̄silit & non solū curare p̄mittit sed ire ad domū. facit hoc vt discam⁹ cēturionis virtutes. CHRY. sup matth. Nisi enī ille dixisset: Veniam & curabo eū: nunq̄ iste responderet: Nō sum dign⁹ deinde qm̄ p̄ suo petebat: ideo ire p̄misit: vt nos doceat nō colere magnos: & cōtēnere modicos: & pauperes & diuites similiter honorare. HIERO. Sic aūt in centurione cōmendam⁹ fidem: eo q̄ credit paralyticū a saluatore posse sanari: ita patet humilitas in hoc q̄ se iudicauit indignū: cui⁹ tectū dñs ītraret. vñ sequit: Et rñdens centurio: ait illi: Dñe non sū dignus vt intres sub tectū meū. RABA. Propt̄ cō scientiā enī vite gentilis: grauari se magis dignatōe putauit q̄ iuuari: cui⁹ & si fide p̄ditus: nondū tñ erat sacramētis inunct⁹. AVG. de ver. do. Dicēdo aūt se indignū: p̄stitit dignū nō in cui⁹ parietes: sed ī cui⁹ corde vbi dei christ⁹ ītraret. Neq; hoc diceret cum tāta fide & humilitate: nisi illū quem timebat ītrare domū suā corde gustaret. nam nō erat magna felicitas si ieſus intraret in parietes ei⁹: & nō eēt ī pectore ei⁹. SEVERIA. Mystice aūt hoc tectū corp⁹ est q̄ regit aiam: q̄ libertatē mētis celesti visione ī se cōcludit: sed de⁹ neq; habitare carnē: neq; tectū nr̄i corporis dedignat ītrare. ORIGE. Nūc etiā q̄ sancti & deo acceptabiles eccl̄ę antistites sub tectū tuū ītrant: tūc ibidē p̄ eos dñs ingredit: & tu sic estimes q̄si dñm suscipiēs. Et q̄ corpus & sanguinē domini māducas & bibis: tūc dñs sub tectū tuū ingredi tur: & ergo humiliās teip̄m dicas: Dñe nō sum dign⁹ &c. Ubi enī indigne ingredit: ibi ad iudiciū ingredi tur accipiēti. HIERO. Prudēcia aūt centurionis apparet in hoc: q̄ vltra corporis tegimē latentē vidit diuinitatē. vnde subiūgit: Sed tū dic verbo & sanabit puer me⁹. CHRY. sup matth. Sciebat enīz q̄n astabant illi inuisibiliter angeli ministrātes qui omne vbū eius vtunt in op⁹. q̄ & si angeli cessant: tamen infirmitates p̄ceptis eius vinacib⁹ expellunt. HYLA. Dicit etiā centurio puer⁹ voce posse sanari: q̄ salus gentiū omnis ex fide est: & p̄ceptis dñi vita est vniuersoꝝ. & iō subiungit dicens: Nam & ego homo sum sub ptāte ꝺstitut⁹: hīs sub me milites. Et dico huic vade & vadit: & alij veni & ve. & seruo meo fac hoc & facit. CHRY. super matth. Patris & filij mysteriū spūsancto suggerēte depinxit: ac si diceret Etsi ego sum sub ptāte alteri⁹: tñ habeo ptātē iubēdi eis qui sub me sunt: sic & tu q̄uis sis sub ptāte patris. s. inquātum hō: habes tñ ptātē iubēdi angelis. Sed forte dicet sabellius volens oñdere eundē eē p̄rem qui & filī⁹ est: sic hoc eē intelligendū: Si ego sub ptāte ꝺstitut⁹ possum iubere: quātomagis tu q̄ sub nulli⁹ ptāte. Sed hanc expositionem nō recipit textus. Nō enim dixit: Si ego hō sub ptāte: sz dixit: Nā & ego hō sub ptāte. In quo pz q̄ inter se & christum non cōparationis vīam fecit: sed rationē similitudinis ītroduxit. AVG. de v. do. Si ego hō sub ptāte iubendi habeo ptātez: q̄ tu potes: cui omniū seruiunt ptātes: GLO. Potes p̄ angeloꝝ ministeria sine corpis p̄ntia dicere infirmitati vt recedat: & recedet: & sanitati vt veniat: & vēiet. AYMO: Pūt aūt p̄ subiectos centurionis vtutes naturales intelligi: in quib⁹ plurimi gentiliū pollebant: vel etiā cogitationes bone aut male. malis aūt dicam⁹ vt recedant & recedent: sed bonas vocam⁹: & venient: seruo quoq; nr̄o hoc est corpori: vt subiciat volūtati dñe AVGV. de cō. euan. Nunc aūt q̄ hic dicit. videt repugnare q̄ ait lucas cū audisset centurio de ieſu: misit ad eū seniores iudeoꝝ rogās eum vt veniret & saluaret seruū ei⁹: & itez q̄ cum longe esset a domo misit ad eū centurio amicos dicens: Dñe noli vexari: nō enī sū dign⁹ vt sub tectū meū intres. CHRY. in ho. Quidā autē dicunt: qm̄ non est idē illic & hic: quod multas cōiecturas hz. De illo enī ait: quoniaz synagogā nr̄am construxit: & gentez diligit. De isto

autē ipse iesus ait: Neq; i israel tantā fidē inueni. vñ videt iudeū illū eē: mihi aūt videt idē hic z ille esse. Sed qñ lucas dicit: q; misit vt veniat: blādicias iudeoꝝ insinuauit. Conueniens enī est credē centurionem volentē abire, phibitū eē a iudeis blādientibꝰ z dicentibꝰ: qñ nos adimꝰ z cōducimꝰ. Sed qñ ab eoꝝ iminentia erutꝰ ē: tūc misit dicens: Ne estimes q; ppter desidiā nō veni: sed q; me indignū estimaui vt te in domū meā susciperē. Quod aūt matthēꝰ ait nō p amicos: sed p seipsum hoc eū dixisse: nihil ōriū est: vterq; enī desideriū viri repītauit. Et qñ ō christo decentē opinionē habebat. Conueniēs autem est opinari z ipsum postq; misit amicos aduenientē p se hec dicere. Si aūt non hoc dixit lucas: neq; illud matthēꝰ nō sibi ōdicūt: sz cōplent q̄ ab inuicē dereliquebant. AVG. de cō. euan. Matthēꝰ g̃ acceſſuz centurionis ad dñm p alios fcm̃ cōpendio dicē voluit: q; fidē eiꝰ qua vere ad deū accedit: laudauit ut diceret: Nō inueni tātā fidē in israel. Lucas autē iō totū q; gestū est aperuit: vt ex hoc intelligē cogere mur: q̄liter eū accepisse dixerit matthēꝰ: q̄ mentiri ñ potuit. CHRY. in ho. Neq; enī est ōriū q; fabricauit synagoga sm lucā: z q; hic oñdit nō eē israelita: possibile enī est iudeū nō existentē z synagogam fabricasse z gentem diligere.

Audiēs aūt iesus mirat⁹ est: z sequētibus se dixit: Amē dico vobis: nō inueni tantā fidē in israel. Dico aūt vobis: q; multi ab oriēte z occidente ueniēt z recūbēt cū abraam z isaac z iacob i regno celoꝝ: filij autē regni eijcient i tenebras exteriores Ibi erit fletus z stridor dentiū. Et dixit iesus centurioni: Vade z sicut credidisti fiat tibi: z sanatus est puer ex illa hora.

CHRY. in ho. Sicut q̄ leprosus dixerat de christi ptāte: si vis potes me mūdare: christi voce confirmat dicentis: Volo: mūdare. ita z hic centurionem de christi ptāte testantē nō solū nō accusauit: sz etiā cōmendauit. Sed z amplius aliq̄d fecit: intentionem enī laudis euāgelista significās dicit: Audiēs autez iesus mirat⁹ est. ORIGE. Attende q̄tū fit aut q̄le q̄ deus vnigenit⁹ mirat: aurū: diuitie: regna: pncipatus in cōspectu ei⁹ sunt tāq̄ vmbra vel terminos decidens. Nihil g̃ hoꝝ in cōspectu dei mirabile est: q̄si magnū vel pciosū: sed tūm fides hāc mirat honorificans: hāc acceptabilē sibi estimat. AVG. super genesim ꝯ manicheos: Quis autē illo fecerat illā fidem nisi ipse q̄ admirabat: q; si z alius eam feciſſet vt quid miraret: q̄ pscius erat: Q̄ō g̃ mirat dñs nobis mirandū esse significat: q̄bus adhuc opus est sic moueri. oēs enī tales motus eiꝰ nō perturbati animi signa sunt: sed docētes magisteriū. CHRY. in ho. Vnde plebe omni pñte admiratus eē dr: z aliis exemplum dedit: vt eū mirent. Sequit enī: Et sequētibꝰ se dixit: Amē dico vobis: nō inueni tantā fidē i israel

AVG. ꝯ faustū: Fidē laudat illiꝰ: nō aūt desertionem milicie iperauit. HIERO. Hoc aūt de pñtibꝰ loquit: non de olim retro pñarchis z pphetis. CHRY. sup matth. Credidit enī andreas: sed iohanne dicente: Ecce agnꝰ dei. credidit petrus: sed euangelisante sibi andrea credidit philippꝰ: sed legendo scripturas nathanael: z pus signum diuinitatis accepit: z sic fidei cōfessionē obtulit. ORIGE. Jairus israelis pnceps p filia sua petēs: non dixit: Dic vbo: sed Veni velociter. Nicodemꝰ de fidei sacro audiēs ait: Q̄mō pōt hoc fieri. Maria z marta dicūt: Dñe si fuisses hic: frater meꝰ non fuisset mortuꝰ: q̄si dubitātes q; vbiq; posset adesse dei potētia. CHRY. sup matth. Aut si volumꝰ fideliorē putare istū q̄ aplos ita testimoniū christi intelligendū est: q; vnūquodq; bonū hōis sm quātitatē pſone illiꝰ laudat: iusticiaz enī dicere aliquid sapienter magnū est: q̄d de philosopho non est mirū: sic de centurione dicī est: i nullo tantā fidē inueni in israel. CHRY. in ho. Non enī erit equale iudeū credere z gentilem. HIER. Vel forte in centurione fides gentiū ppōnit israel, vñ subdit: Dico aūt vobis q; multi ab oriente z occidente venient. AVGV. de v. do. Nō Oēs ait: sed Multi: tñ ipse ab oriēte z occidēte istis duabꝰ partibus totꝰ orbis designat. AYMO: Vel ab oriente veniūt qui statim illuminati trāseūt ab occidēte: hi qui pſecutionē vsq; ad mortē toleraverūt, p fide. vl ab oriente quis venit cū ab infantia deseruire icipit. ab occidente: oū in ipsa decrepita etate ad deū convertitur. ORIGE. Sed q̄o alibi dicit: q; pauci sunt electi: p diuersas enī generationes pauci electi sunt simul vo congregati in tpe visitatōis multi inuenient. Sequit: Et recūbent. nō carnaliter iacētes: sed spiritaliter recūbescētes: nō tēporaliter potātes: sed eternaliter epulantes cū abraā isaac z iacob in regno celorū. vbi lux: exultatio: gla: z lōgeuitas vite eterne. HIERO. Quia aūt deus abraā celi conditor: pater christi est iccirco in regno celoꝝ ē: z abraā cū quo accubiture sunt natiōes: q̄ crediderūt in christū filiū creatoris. AVG. de v. do. Sic aūt videmꝰ christianos vocatos ad celeste cōuiuiū: vbi ē panis iusticia potꝰ sapia: ita videmꝰ z iudeos reprobatos. vñ sequit: Filij aūt regni eijcient i tenebras exteriores. Judei s. q̄ legē acceperūt: q̄ celebrāt figura oīuz futurorum q̄ cū pñtia nō agnouerūt. HIERO. Vel filios regni dicit iudeos q; in eis deꝰ annūregnauit. CHRY. in ho. Vel filios regni eos dicit q̄bus regnū erat preparatū: q̄ō z magis eos mordebat. AVG. ꝯ faustū: Si g̃ nō ꝯmēdauit moyses pplo israel dñs: nisi deus Abraā Jsaac z Jacob: eūq; ipm christꝰ cōmēdat: ni est conatꝰ illū pplm auertē a deo suo: sed iō minatꝰ est eos iturꝰ in tenebras exteriores q; auersos videret eos a deo suo: in cuiꝰ regno gētes vocatas ex toto orbe terraꝝ recubituras dicit cū Abraā isaac z iacob: nō ob aliō q̄ q; fidē tenuissent dei abraā isaac z iacob. Quibꝰ nō q̄si in morte correctis: vel pꝰ passionē suā iustificatis testimoniū dominꝰ phibebat. HIERO. Tenebre aūt exteriores dicūt: q̄s qui a dño expellit foras: relict lumen. AYMO: Quid aūt ibi passuri sint: manifestat cū subdit: Jbi erit fletus z stridor dentiū. Per metaphoꝝ enī mēbroꝝ penas describit tormētoꝝ. Solēt enim oculi fumo

THEO. Quidã tñ dicũt:q; lutũ nõ fuit depositus: sed ĩ oculos ẽ cõuersum. BEDA: Mystice autez postq̃z expulsus ẽ de coꝛdib⁹ iudeoꝝ:moꝛ trãsiuit ad gẽtiliũ populũ. Preterire aũt ei⁹ vel iter facere:ẽ de celis ĩ terrã descẽdere. Itaq; videt cecũ: cũ miseri coꝛditer respexit gen⁹ humanũ. AVG. Gen⁹ enĩz humanũ ẽ iste cec⁹.hec ei cecitas cõtigit ĩ p̃mo homine p peccatũ:de quo oẽs oꝛiginẽ ducim⁹. cec⁹ ẽ ergo a natiuitate. Spuit dñs ĩ terram:de saliua sua lutũ fecit: q; verbũ caro factũ est:⁊ inunxit oculos ceci. Inunct⁹ erat ⁊ nõdũ videbat.qm̃ enĩ inunxit: forte eũ cathecuminũ fecit. Mittit illũ ad piscinã q̃ vocať syloe:q; baptizat⁹ ẽ ĩ christo: ⁊ tũc eũ illuminauit. Pertinuit aũt ad euãgelistã vt commẽdaret nobis nomẽ hui⁹ piscine.⁊ ait: Quod iterp̃tať missus. Nisi enĩ ille fuisset missus:nemo nostrum esset ab iniq̃tate dimissus. GRE.xviij.moꝛ. Uel aliter: Per saliuã sapoꝛ ĩtime contẽplatiõis accipiť: q̃ ad os a capite defluit:q; de claritate cõditoꝛis adhuc in hac vita nos positos gustu reuelatiõis tãgit. vñ dñs saliuã luto miscuit:⁊ ceci nati oculos repauit: q; supna gr̃a carnalẽ cogitationẽ nostrã p admirtiõnẽ sue contẽplatõis irradiat:⁊ ab originali cecitate hominẽ ad ĩtellectũ reformat.

Itaq; vicini ⁊ qui viderant eum p̃ius quia mendicus erat dicebãt: Nonne hic est qui sedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia hic ẽ: alij autẽ nequaq̃z: sed similis est eius. Ille vero dicebat quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo apti sũt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur ihesus lutum fecit: ⁊ unxit oculos meos ⁊ dixit mihi: Vade ad natatoꝛia syloe: ⁊ laua. Et abij ⁊ laui:⁊ video. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait:nescio. Adducũt eum ad phariseos qui cecus fuerat Erat autẽ sabbatũ quando lutũ fecit ihesus:⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabãt eum phariseí quomodo vidisset. Ille autẽ di

rit eis: Lutuz mihi posuit sup oculos:z laui:z uideo. Dicebant ergo ex phariseis quidam: Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Alij autē dicebant: Quo modo potest homo peccatoz hec sīgna facere? Et scisma erat iter eos. Dicūt ergo ceco iterū: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autē dixit: Qz ppheta est.

CHRY. Inopinabilitas facti miraculi incredulitatē inducebat.z iō dicīt: Itaqz vicini z q̄ viderant eū prius q; mēdicus erat dicebāt: Nōne hic est qui sedebat z mēdicabat? Mirabilis dei clemētia quo descēdebat: Eos q̄ mendicabāt cū multa deuotiōe curabat:z hinc iudeoz̄ os obstruēs: qui nō preclaros:nō insignes: neqz principes: sed ignobiles sua dignos ducebat ,puidētia.eteni i salutē oim venerat. Sequit: Alij dicebāt:q; hic ē. Ceco enī p longā vitā eunte diligentes inspectoꝛes facti ex inopinabilitate eius quod viderant:nō vltra poterāt dicere: Nō est hic. Sequitur: Alij autē nequaq̄:sed similis eius est. AVG. Aperti enim oculi vultū mutauerant. Sequitur: Ille autem dixit,quia ego sum. Uox grata ne damnetur ingrata. CHRY. Non enim vere cundatus est de priori cecitate:neqz formidauit furorem plebis neqz renuit ostendere seipm vt pdicet benefactorē. Sequitur: Dicebāt ergo ei: quomodo aperti sunt oculi tui: Hunc modū neqz nos scimus neqz ipse qui curatus est nouit: sed quod quidē factum est nouerat:modū autē comprehēdere nō poterat.vnde sequitur: Respōdit: Ille homo qui dicit ihūs:lutum fecit:z liniuit oculos meos. Uide quomodo verax est.nō dixit vnde fecit. Quod enim nō nouerat nō dicit.neqz enī sciuit quoniā in terra expuit:quoniā autē superunxit:per sensum tactus dicat. Sequitur: Et dixit Uade ad natatoria syloe z laua. Et hoc etiam ex auditu testat? est: recognouit enim eius vocē ex disputatiōe cū discipulis. Et quia ad vnū se prepauerat.s. omnia sibi suaderi a iubente subiūgit: Et abij z laui:z vidi. CHRY. Ecce annunciatoꝛ factus est gr̄e.ecce euangelizat:vt confiterur iudeis. Caecus ille cōfitebatur:z coꝛ ipsoz̄ strīgebatur:quia nō habebant in coꝛde quod iā ille habebat in facie.vnde sequitur: Et dixerunt:vbi ē ille? CHRY. Dicebāt aūt hoc occasionē meditātes: iā enī aduersus ipm cōspirauerāt. Christus autē non aderat his qui curabātur. nō enim querebat gloriā neqz se ostentare. Recedebat etiā semper curans ihūs vt omnis suspicio toleretur signoz̄. Qui enim non cognoscebāt eū:qualiter ob gratiā eius se curatos cōfiterentur:vñ sequitur: Ait: nescio. AVG. In his verbis inuncto similis erat: nondū videnti predicat:z nescit quid predicat. BEDA: Unde figuram tenet catbecuminoz̄: qui ih̄m credunt in ihūm:adhuc tamen eum quasi nesciūt: quia nondum loti existunt. Phariseoz̄ autē erat approbare opus vel improbare. CHRY. Judei igit̄ querētes: Ubi est ille:volebāt eū,inuenire vt eū ducerēt ad eos. q; vero nō habuerūt eū ducunt cecū.vñ sequitur: Adducunt eū ad pha.qui ce.fuerat.vt.s.vehementi? cū interrogarent. Propterea autem z euangelista subdit: Erat autē sabbato qñ lu.fe.ihūs z ape.ocu.ei?. Ut.s.eoꝛum malā metē demōstraret:z causam propter quā eum querebant:vt.s.occasionē contra eum inuenirent:z vt detraherent miraculo per estimatā legis preuaricationē:quod z manifestū est ex his q̄ sequuntur. Sequitur enim: Iterū ergo interr. eum pha.quomodo vidisset: Uide autē qualiter nō turbatur cecus.nam quandoquidē turbis dicebat sine periculo interrogatus:non ita magnū erat veritatem dicere. Mirabile autē est nunc q; in ampliori periculo constitutus:neqz negat neqz contraria dicit prioꝛibus. Sequitur enī: Ille autē dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos meos:z laui:z video. Hoc autē ad eos qui iam audierāt succinctus loquitur. Non enī dixit nomē dicentis:neqz quoniā dixit mihi: Uade z laua: sed cōfestim: Lutum posuit ꝛc̄.z sic contrariū passi sunt eius quod volebāt. Duxerunt enim eū vt negaturū:sed ab eo certius didicerunt. Sequitur: Dicebāt ergo ex phariseis. AVG. Non omnes sed quidā: iam enī inungebant quidē. Dicebant ergo nec videntes nec inuncti. Nō est hic homo a deo qui sabbatū non custodit. Ipse potius custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatū enī obseruare spiritualiter:est non habere peccatū. z hoc admonet deus quando cōmendat sabbatuz: Omne opus seruile non facietis. Quid sit opus fuile a domino audite: Omnis qui facit peccatū seru? est peccati.sed isti sabbatū carnaliter obseruabant: spiritualiter violabant. CHRY. Malitiose autez quod factū est silentes:estimatā preuaricationē in mediū ferebant. Non enī dicebant quoniā sabbato curat:sed quoniā sabbatū nō seruat. Sequitur: Alij dicebāt: Quomodo potest homo peccatoꝛ hec signa facere? A signis enī inducebātur:sed imbecilliter erāt dispositi.congruū enī erat ostendere qualiter sabbatū non soluī:sed nondū hanc habebant mentē q; deus esset: vt possent respōdere quoniam dominus sabbati hec fecit. Nullus deniqz eoz̄ audebat ea que volebat manifeste dicere: sed in ambiguitate:hi quidē propter improbabilitatē: alij vero propter amoꝛē principatus. Sequit: Et scisma erat inter eos. Hoc scisma primo incepit in populo: deinde in principibus. AVG. Dies enim erat christus qui inter lucem z tenebras diuidit. CHRY. Uolētes autē qui dixerant: Homo peccatoꝛ nō potest talia signa facere:os alioz̄ obstruere: eū qui suscepit virtutis experientiā in mediū ducūt: vt videant ipi aduocatione vti.vñ sequitur: Dicunt ergo ceco iterꝛ Tu quid dicis de illo q̄ ape. tibi oculos? THEO. Uide quomodo benivole querunt:nō enim dixerunt: Tu quid dicis de eo qui sabbatū nō obseruat: sed miraculū cōmemoꝛant: Quomodo aperuit tibi oculos:pene ipm sanatū concitātes quasi dicerent: Benefecit tibi: vnde debes eū pdicare. AVG. Ul querebāt quēadmodū hominē calūniarentur:vt eū de synagoga ejcerēt.sed ille cōstanter quod sentiebat expressit.vnde sequitur: Ille autē dixit quia ppheta est. Adhuc quidē inunctus in coꝛde: nondū

oci filiū cōfitebatur non mentitur tamen. Ipse enī dominus de seipso ait: Non ē prophēta sine honore nisi in patria sua.

Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset: ⁊ uidisset donec uocauerunt parētes eius qui uiderat: ⁊ interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius uester quem uos dicitis: quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc uidet? Respōderunt eis parentes eius: ⁊ dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: ⁊ quia cecus natus est. Quō autez nūc uideat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescim⁹. ipsum interrogate. Ætatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parētes eius: quoniam timebāt iudeos. Jā enim conspirauerant iudei ut siquis eum confiteretur esse christum: extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerūt: quia etatem habet: ipsum interrogate.

CHRY. Quia pharisei cecū attonitū facere non ualuerunt: sed videbant eū cū omni ꝓpalatione benefactoꝛē suū predicantē: per parētes putabāt christi miraculū annihilare. vnde dicitur: Non credi. ergo iudei de illo quia cecus fuisset ⁊ uidisset. donec voca. pa. eius qui viderat. AVG. i. cecus erat ⁊ uiderat. CHRY. Sed hec ē ueritati natura ꝑ que putatur insidias pati: per hec foꝛtioꝛ fit. mendaciū enī sibiipi quidē obuiat: ⁊ per ea per que ledere veritatem videtur: per ea clariozem eam ostendit: quod ⁊ nunc factum est. Ne enim aliquis diceret q⁹ vicini nihil certū dixerūt: sed per quandam assimilationez locuti sunt. Parentes in medium ducunt: qui maxime suū filium cognoscebant. Statuentes aūt eos in medium: cum multo furoꝛe interrogant. vnde sequitur: Et inter. eos dicē. hic est filius vester. ⁊ non dicunt: Qui quandoq; fuit cecus sed Quem dicitis quia natus est cecus. O inquinati quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum dicūt: quez vos fecistis cecum. Duobus autē his ad negationem eos inducere conantur: ⁊ in hoc q⁹ dicunt Quē dicitis quia natus est cecus: ⁊ in hoc q⁹ subdunt: Quomodo ergo nunc videt. THEO. q. o. Aut hoc falsum est q⁹ nunc videat: aut primum q⁹ cecus fuerit. ꝯ cōstat hoc esse verum q⁹ videt: falsuz ergo fuit q⁹ cecū eū dicebatis. CHRY. Trib⁹ ergo interrogatōib⁹ facti: si filiꝰ eoꝝ est: si cecꝰ fuit: ⁊ qualiter vidit: duas cōfitent. vñ sequit: Respōderunt ergo eis parētes eius ⁊ dixerūt: Scimus quia hic est filius noster: ⁊ q⁹ cecus natus ē. Terciā autē abiiciūt. vñ subdunt: Quomodo autē nunc videat nescimus: aut quis eiꝰ aperuit oculos nos nescim⁹. Et hoc etiā ꝓ veritate factū est: vt nullus alius sed is qui curatꝰ ē ⁊ qui dignꝰ fide erat: hoc cōfiteret. vñ sequit: Ipsum interrogate: etatez habet: ipse de se loquat. AVG. q. d. Juste cogeremur loqui ꝓ infante: quia ipse ꝓ se loqui nō posset. Cecū a natiuitate nouimus: sed loquente. CHRY. Qualiter ergo grati fuerint parētes qui eoꝝ que sciebāt: quedam tacuerūt ꝓpter timoꝛē iudeoꝝ. Sequitur enim: Hec dicebant parētes eius: quia timebant iudeos. Rursus ⁊ hic opinionem iudeoꝝ ⁊ mentem euāgelista inducit. vñ sequitur: Jam enim conspirauerant iudei ut siquis eum confiteretur christum: extra synagogam fieret. AVG. Jam nō erat malū fieri. extra synagogam illi expellebant: christus sulcipiebat. Sequitur: Propterea parentes eius dixerunt: quia etatē habet: ipsum interrogate. ALCVI. In qᵒ ondit euāgelista illos nō ꝓ ignoratiā: sꝫ ꝓp metū talia rndisse. THEO. Imbecilliozes. n. filio erāt qui testis aderat intrepidus veritatis: illuminatos habēs oculos intellectꝰ a deo.

Uocauerūt ergo rursum hoiem qui fuerat cecus: ⁊ dixerunt ei: Da gloriā deo. Nos scimus: quia hic homo peccatoꝛ est. Dixit ergo eis ille: Si peccatoꝛ ē nescio: unū scio quia cecus cū essem mō uideo. Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? Quō aperuit tibi oculos? Rndit eis: Dixi uobis ⁊ audistis. Quid iteruz uultis audire? Nūquid ⁊ uos uultis discipuli eiꝰ fieri? Maledixerūt ergo ei: ⁊ dixerūt: Tu discipulꝰ illiꝰ sis: nos autez moysi discipuli sumꝰ. Nos scimꝰ: quia moysi locutꝰ ē deꝰ: hūc aūt nescimus unde sit. Rndit ille hō: ⁊ dixit eis: In hoc eni mirabile ē quia uos nescitis unde sit: ⁊ aperuit meos oculos. Scimꝰ āt quia peccatoꝛes deꝰ non audit: sed siquis dei cultoꝛ ē: ⁊ uolūtatez eiꝰ facit hūc exaudit. A seculo non est auditū: quia quis aperuit oculos ceci nati: Nisi esset hic a deo: nō poterat facere quicquā. Respōderunt: ⁊ dixerunt ei: In peccatis natus es totꝰ: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

CHRY. Quia pharisei cecū attonitū facere non ualuerunt: sed videbant eū cū omni ꝓpalatione benefactoꝛē suū predicantē: per parētes putabāt christi miraculū annihilare. vnde dicitur: Non credi. ergo iudei de illo quia cecus fuisset ⁊ uidisset. donec voca. pa. eius qui viderat. AVG. i. cecus erat ⁊ uiderat. CHRY. Sed hec ē ueritati natura ꝑ que putatur insidias pati: per hec foꝛtioꝛ fit. mendaciū enī sibiipi quidē obuiat: ⁊ per ea per que ledere veritatem videtur: per ea clariozem eam ostendit: quod ⁊ nunc factum est. Ne enim aliquis diceret q⁹ vicini nihil certū dixerūt: sed per quandam assimilationez locuti sunt. Parentes in medium ducunt: qui maxime suū filium cognoscebant. Statuentes aūt eos in medium: cum multo furoꝛe interrogant. vnde sequitur: Et inter. eos dicē. hic est filius vester. ⁊ non dicunt: Qui quandoq; fuit cecus sed Quem dicitis quia natus est cecus. O inquinati quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum dicūt: quez vos fecistis cecum. Duobus autē his ad negationem eos inducere conantur: ⁊ in hoc q⁹ dicunt Quē dicitis quia natus est cecus: ⁊ in hoc q⁹ subdunt: Quomodo ergo nunc videt. THEO. q. o. Aut hoc falsum est q⁹ nunc videat: aut primum q⁹ cecus fuerit. ꝯ cōstat hoc esse verum q⁹ videt: falsuz ergo fuit q⁹ cecū eū dicebatis. CHRY. Trib⁹ ergo interrogatōib⁹ facti: si filiꝰ eoꝝ est: si cecꝰ fuit: ⁊ qualiter vidit: duas cōfitent. vñ sequit: Respōderunt ergo eis parētes eius ⁊ dixerūt: Scimus quia hic est filius noster: ⁊ q⁹ cecus natus ē. Terciā autē abiiciūt. vñ subdunt: Quomodo autē nunc videat nescimus: aut quis eiꝰ

Petentes miserūt phariseos ad illū q̄ curatꝰ ē: rursꝰ vocauerūt eū secūdo. vñ dr: Voca. ḡ rursus ho. q̄ ce. fue. Nō aūt mānifeste dicunt: Nega qñ xps te curauit: sꝫ sub ꝓtextu religiōis ad hꝰ eū inducē volūt. vñ seqr: Da gloriā ē o. q. d. Cōfitere q̄ hō nihil

Ca.ix.

ē opatus. ¶ AVG. Nega qđ accepisti. ꝟ plane nō ē deo gloriā dare: ꝟ deū potꝰ blasphemar. ¶ ALCV. Sic ât volebât illū dare gloriā deo: vt sīē ⁊ ipi xp̄m diceret peccatorem. vnde sequitur: Nos scimus qa hic homo peccator est. ¶ CHRYSOS. Qualiter ergo nō arguisti eum dicētem: Quis ex vobis arguet me de peccato? ¶ ALCVI. Sed ille vt neq; pateret calūnie: neq; veritatē celaret nō dixit: Scio eum iustum. nam sequitur: Dicit ergo illi: Si peccator est nescio. ¶ CHRY. Qualiter qui dixit: Quoniā pphe ta est. nūc dicit: Si peccator est nescio. nūquid modo timuit cecus? Absit: sed voluit xp̄m a rei testimonio ⁊ nō a sua voce ab incusatōe eripe: ⁊ suaz respōsiōem facere fidedignā ab acepto bñficio. vnde subdit: Unū scio: qz cecꝰ cū essem: modo video. q. d. Nichil modo de hoc dico: vtrū sit peccator: sed iterū dico quod manifeste noui. qa igit neq; nequerūt euertē qđ factū ē: ad pōre redeūt frmones: rursus modū curatōis inquirētes: sicut canes quidem venatōnē nūc huc: nūc illuc inuestigātes. vnde seqt: Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? quō aperuit tibi oculos? hoc ē: Nunqđ ꝑstigio aliquo? nō. n. dixerūt: Qualiter vidisti? sed Qualr aperuit oculos tibi? dātes occasionē detrahēdi cōtra eiꝰ opatōem. Donec igit̄ res inq̄sitione indigebat: cecꝰ remisse loqbat. qa vero iaz vicerat: audacter de reliquo eis loquit̄. vnde sequit̄: Respōdit eis: Dixi vob. ⁊ iā ⁊ audistis: qđ iterꝫ vultis audire? q. d. Nō attēditis ad ea que dicūt. vnde vltra nō respōdebo vobis inaniter interrogātibꝰ ⁊ nō volentibꝰ addiscere: sed cauillari que dicūt. vnde seqt: Nunquid ⁊ vos vultis discipuli eiꝰ fieri. ¶ AVG. Quid ē: nunqđ ⁊ vos: nisi qa iam ego sumꝰ? nunqđ ⁊ vos vultis iam videre: sed nō inuideo? Dec loqbat iam stomachās aduersus duriciā iudeoꝝ: ⁊ ex ceco vidēs: nō ferēs cecos. ¶ CHRY. Itaq; forte quid ē veritas: ita imbecille mēdaciū. nam veritas qdem ⁊ si despectos assumpserit: claros eos facit vel oñdit. Mendaciuz aūt ⁊ si cum fortibꝰ fuerit: ībecilles eos monstrat. Seqtur: Maledixe. ergo ei ⁊ dixe. Tu discipulꝰ illius. ¶ AVG. Maledictū ē si cor discutias: nō si verba perpēdas. tale maledictū sup nos ⁊ super filios nrōs. Seqt̄: Nos aūt moysi discipli sumꝰ. nos scimꝰ qa moysi locutꝰ ē deus. Sed tūc scireris: quia per moysen predictꝰ ē deꝰ: habetis. n. oñm dicētem: Si crederet moysi: credētis ⁊ mihi. de me ille scripsit ita ne segnē seruū ⁊ dorsum ponitis cōtra dñmenā subditis: Hūc aūt nescimꝰ vnde sit. ¶ CHRY. Ea q̄ p risum cognoscitis: auditu minora estimatis. illa eiz que nosse vos dicitis: a ꝓgenitoribꝰ audistī. Sz nōne fide dignior ē: qui certificauit qđ a deo venit p miracula: que nō solū audistis sed vidistis. vnde sequitur Respōdit ille homo ⁊ dixit eis: In hoc. n. mirabile ē: quia vos nescitis vnde sit: ⁊ aperuit oculos meos. Ubiq; signū inducit: qa hoc damnare nō poterāt: sed ab eo cōuincebātur. ⁊ quia dixerat: qđ hō peccator nō pōt talia signa facē. de cetero illoꝝ assumit iudiciū. ꝓpa verba eis in memoriā reducēs. vnde subdit: Scimꝰ aūt qa peccatores deꝰ nō audit. q. d. Opinio hec ⁊ mea ⁊ vestra cōmunis ē. ¶ AVG. Adhuc tamē vnctꝰ loquit̄: Nam ⁊ peccatores exaudit deꝰ. Si. n. nō frustra publicanꝰ dicebat: Deus, ꝓpitꝰ esto mihi peccatori: ⁊ ex illa cōfessiōe meruit iustificari onē quomodo ipe cecus illuminatōem. ¶ THEO. Uel videndū ē: quoniā qđ dictū ē deū nō exaudire peccatores: hoc significat: qđ facere miracula deus peccatoribꝰ nō cōcedit. Cum vero veniā implorāt de dimissis: trāslati sunt de gradu peccātiū ad statū penitētiū. ¶ CHRY. Et vide qđ cū supra dixit: Si peccator ē nescio: nō dubitās dixit. hic. n. nō solū a peccatis eū excusat: sed valde deo placētē oñdit. nā subdit: Si quis dei cultor ē: ⁊ volūtatē eiꝰ facit: hunc exaudit. Nō. n. sufficit deū cognoscē: sed volūtatē eiꝰ facere. deinde extollit qđ factū ē di. A scl'o nō ē audqa qs ape. ocu. ce. nati. q. d. Si cōfitemini qm deus peccatores nō audit: hic aūt miraculū fecit: ⁊ tale q̄ le nullꝰ hoīm fecit: manifestū est virtutē q̄ hoc fecit maiorē esse: q̄ qđ ē fm hoīem virtus. vnde subdit: Nisi esset hic a deo: nō posset facere qcq̄. ¶ AVG. Libere cōstāter veraciter. Nec. n. q̄ facta sunt a dño a quo fierēt n si a deo? aut quādo a discipulis talia fierēt: nisi in eis domin' habitaret? ¶ CHRY. Quia ergo veritatē locutꝰ ē: in nullo cōfessus ē: qm maxie admirari cū oportebat tūc eū cōdemnāt. Sequit̄ eī Respōderūt ⁊ dixerūt ei: In peccatis natꝰ es totꝰ: et tu doces nos. ¶ AVG. Quid ē totꝰ cū oculis clausis: sed q̄ aperuit ocl'os saluat ⁊ totū. ¶ CHRY. Uel vicūt: Totꝰ. ac si dicāt: A ꝓma etate in peccatis es. hic igit̄ eiꝰ cecitatē exprobrāt oñdētes qđ ꝓpter peccata factꝰ ē cecꝰ: qđ rōnem nō habebat. donec ergo expectabāt eū negaturū esse: fidedignum eē putabāt: sed nūc eū eiciūt. vñ seqt̄: Et eiecerūt eū foras. ¶ AVG. Ipsi illū mgrm fecerāt: ipsi vt discerēt totiēs iterrogauerūt ⁊ ingrati docētem proiecerūt. ¶ BED. Solet enim maioꝝ consuetudo a minoribꝰ aliquid discere dedignari.

¶ Audiuit iesus: quia eiecerūt eum foras: ⁊ cū inuenisset eū dixit ei: Tu credis in filiū dei? Respondit ille ⁊ dixit: Quis est dñe ut credā in eum ¶ Et dixit ei iesus: ¶ Et uidisti eum: ⁊ q loquit̄ tecū ipse est. At ille ait: ¶ Credo domine. ¶ Et, procidēs adorauit eū ¶ Et dixit ei iesus: In iudiciū ego in hunc mundū ueni: ut qui nō uidēt uideant: ⁊ qui uidēt ceci fiāt. ¶ Et audierūt quidā ex phariseis qui cū ipo erant: ⁊ dixerūt ei: Nūquid ⁊ nos ceci sumus? Dixit eis iesus: Si ceci essetis: non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis: quia uidemus peccatū uestruz manet.

¶ CHRY. Qui, ꝓpter veritatē ⁊ xp̄i ꝓfessiōem iniuria opprimūt̄: hi marie honorāt̄: qđ in ceco factū ē eiecerūt. n. eū ex tēplo iudei: ⁊ inuenit eum oñs tēpli ⁊ eū suscepit sicut agonotheta athletā mltū laborātē ⁊ coronauit. vñ dr: Audiuit iesus qa eie. eū fo. ⁊ cū inue. eum dixit ei: Tu cre. in fi. dei? Ostēdit autē

euangelista:qñ ppter hoc venit iesus vt ei loqretur
Interrogat autē nō ignorās:sed volēs seipsuz notū facere:z oñdēs quoniaz multū appciat ei⁹ fidē.q.d. Plebs cōuiciata est mihi:sed nulla mihi est cura illoꝝ:vni⁹ cura est:vt tu credas.melioꝛ est faciēs voluntatē dei:qz decies mille iniqui. HYLA.vi.de tri. Si aūt sola christi qualiscūqz pfessio fidei esset consummatio dictū fuisset:Tu credis in christū. Sz qa heretici pene omnib⁹ hoc nomē in oꝛe esset futurū vt christū cōfiterēt:z filiū tamē negarēt:id qō ppū christo est:ad fidē poscit vt credat in dei filiū. Credi disse aūt in dei filiū quid pficit si credat i creaturā:cum a nobis fides in christo nō creature dei: sz filij dei postulet. CHRY. Nōdū aūt cec⁹ christū nouerat.cec⁹ enī erat anteqz veniret ad christū:z p⁹cura tōem a iudeis circūtrahebat.vnde sequit: Respōdit ille z dixit:Quis est domine vt credā in eū:Desiderātis z valde ingerentis anime verbū est:p quo tot disputauit. Nūc ignorat:vt discas in eo vitat amorem.nō autē dixit ei oñs: Ego sum qui curaui te.sz medie adhuc loquit.vnde sequitur:Et vidisti eum. THEO. Hoc aūt dicit: vt reducat ei in memoriaz sanitatē:z quia ab ipo virtutē viuēdi accepat. Att ē de aūt qñ qui loquebat:ex maria nat⁹ est:z ipe idē est dei filius:nō ali⁹ z ali⁹ fm errorē nestoꝛij.vnde sequit:Et qui loquit tecū:ipse est. AVG. Modo lauat faciē cordis eius.Deniqz iaz facie lota cordis z mūdata cōscientia:agnoscit illū nō filiū hominis rñ quod ante crediderat:sed iam filium dei fm carnem suscepat.vnde sequit: Et ille ait:Credo domīe. Parū est credere:vis videre quē qualē credat:Et p cidens adoꝛauit eū. BED. In quo possunt sume re exemplū:vt nō erecta ceruice quis dominū roget sed supplex in terrā pstrat⁹ ei⁹ misericoꝛdiā iploꝛet. CHRY. Per hoc igit ei⁹ diuinā virtutē oñdens z verbo op⁹ adiūgēs.domin⁹ aūt illū feruētioꝛe circa fidē fecit:z eos qui eū sequebāt erexit. vnde sequit: Et dixit eis iesus: In iudiciū ego in hūc mūdū veni. AVG. Dies.n.erat inter lucē z tenebraſ discurrēſ recte aut subdit:Ut qui nō vident videant.quia de tenebris liberat. Sz quid est quod sequit:Et qui vident ceci fiant.audi quod sequit:Cōmoti sunt enī pharisei quidā ex verbis istis.vnde seqtur: Et audierūt quidā ex pharisēis qui cum ipo erant: z dixerūt ei: Nunqd z nos ceci sumus:hoc enim eos mouebat:Et qui vident ceci fiant. Sequit:Dixit ergo eis iesus:Si ceci essetis:non haberetis peccatū.i.si vos cecos diceretis:z ad medicū recurreretis: Nunc vero quia dicitis Videmus:peccatū vestrū manet.qa enim dicēdo Videmus:medicū nō queretis:in cecitate vestra remanebitis. hoc est ergo quod paulo ante dixit:Ego veni:vt qui nō vident videant.i.qui se nō videre confitent:z medicū querūt vt videant: Et qui vident ceci fiant.i.qui se putāt videre : z medicum non querūt:in sua cecitate permaneāt.ergo istam discretōem vocauit iudiciū cum ait:In iudicium veni in hunc mundū. Non illud iudiciū iam intulit mūdo:quod de viuis z mortuis in fine seculi iudicabit. CHRY. Vel aliter:In iudiciū dixit.i. in maius suppliciū: ostendēs quoniā qui condemnauerūt eum ipsi sunt qui condēnati sunt. Nō aūt dicit:Ut qui nō vident videāt:z qui vidēt ceci fiāt.

Idem est quod paul⁹ dicit:q gentes que nō querebant iusticiā:inuenerūt iusticiā:que est ex fide christi. Israel autē persequēs legem iusticie:in legez iusticie nō peruenit. THEO.q.d. Ecce qui a natiuitate non viderat:iam videt anima in corpe.qui vero videre videtur.excecati sunt intellectu. CHRY. Sunt enī due visiones z due cecitates.i. sensibilis z intellectualis. ille autē ad sensibilia inbiāt solum z de sensibili solum verecūdabantur cecitate. vnde ostendit eis q meli⁹ esset eos esse cecos: qz sic videntes.propter quod dicit:Si ceci essetis:nō haberetis peccatū:quia tolerabili⁹ fieret vobis suppliciū. Sed nūc dicitis:quia videtis. THEO. Non considerātes factū in ceco miraculū:nō estis digni venia:qsi ex vij miraculis ad fidem non attracti. CHRY. Hoc igitur quod estimabāt esse magnā laudē:ostendit q eis fert suppliciū:z simul conturbat⁹ est cū qui a natiuitate fuerat cecus de corporali cecitate. Nō autē sine causa euāgelista dicit q audierūt hoc quidam ex pharisēis qui cum ipo erāt: sed vt rememoretur:quoniā isti illi erāt qui pius restiterāt christo: deinde eum lapidare voluerūt. Erāt enim quidā ii perficieten⁹ sequētes:z facile in cōtrariū transmutabantur. THEO. Vel aliter:Si ceci essetis.i. insci scripturarū: neqūaqz taz grāde vobis peccatū incūberet tanqz ignorantia peccātibus : nūc vero quia putātes vos atqz legispitos asseritis:p vosipos condemnabiles estis. CA.X.

AMen amē dico vobis : qui non intrat per ostiuz in ouile ouium : sed ascendit aliū de:ille fur est z latro. Qui autez intrat per ostium : pastoꝛ est ouium. Huic ostiarius aperit:z oues vocē eius audiūt. Et proprias oues vocat nominatim:z educit eas. Et cū proprias oues emiserit ante eas vadit:z oues illum sequūtur:quia sciunt vocem eius. Alienum aūt non sequūtur:sed effugiunt ab eo: quia non nouerūt vocez alienoꝝ. Hoc prouerbium dixit eis iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

CHRY. Quia domin⁹ de cecitate iudeoꝝ disputauerat ne dicāt: Nō est ex nostra cecitate q ad te nō accedimus:sed a te auertimur: vt erroneū fugientes:vult ostēdere q nō est erroneus sed pastoꝛ:ponens signa latronis z pastoꝛis. Et primo ostēdit qs est erroneus z fur dicēs:Amen amē dico vobis:qui non intrat per ostiū in ouile ouiū: sed ascēdit aliūde:ille fur est z latro. Hoc autē z eos qui ante eum fuerūt occulte insinuat:z eos qui post eū futuri sūt antixp̄m z pseudo xp̄os.ostiū aūt scripturas vocauit be.n.dei cognitōez apiūt:he ouez custodiūt:z lupos

supuenire nō ꝓmittūt:hereticis introitū ꝑcludētes Qui ergo nō scripturis vtit̄ sed aliūde ascēdit:hoc ē aliam sibi ⁊ nō legitimā viam facit: hic fur ē. Dicit autē: Ascēdit ⁊ nō intrat:ad similitudinē furis maceriā transcēdere volētis:⁊ periculose omia agētis. Dicēs autem: Aliūde:etiā scribas occulte insinuauit qui docebāt mandata ⁊ doctrinas hominū:⁊ legez ꝑuaricabant. Si aūt infra seipsum ostiū dicit: non oportet turbari.etenī pastorē seipsum ⁊ ouem differenter predicat. quia.n.adducit nos patri: ostiuz se dicit.quia vero procurat:pastorē. AVG. Uel aliter: Multi sunt qui fm quandā vite hui⁹ consuetudinē dicunt boni homīes:qui ea que in lege mādata sunt quasi obseruāt:⁊ christiani non sunt: ⁊ plerunq; se iactāt sicut pharisei.nūquid ⁊ nos ceci sumus:quia vero omia ista que faciūt:⁊ nesciunt ad quem finē referāt:inaniter faciūt:domin⁹ de grege suo ⁊ ostio quo intrat ad ouile similitudinē posuit dicens: Amē amē. Dicant ergo pagani vel iudei vel heretici: Bene viuimus.si per ostiū nō intrāt:quid eis ꝑdest: Ad hoc.n.debet vnicuiq; ꝑdesse bene viuere:vt deo illi semp viuere:quia nec bene viuere dicendi sunt:qui finē bene viuēdi vel cecitate nesciūt vel inflatōne cōtemnūt. Non est autem cuiq; spes vera semp viuēdi:nisi cognoscat vitā quod ē christ⁹ ⁊ per hāc ianuā intret in ouile. Quicunq; ergo vult intrare ad ouile per ostiū intret: nō solū xp̄m prædicet:sed xp̄i gloriā querat nō suam. Humilis autē ianua ē ips:qui intrat per hāc ianuā oportet humilē esse:vt sano capite possit intrare. Qui autē se nō humiliat sed extollit:per murū vult ascēdere:ideo exaltat vt cadat. Querūt ergo plerūq; tales homīes etiā ꝑsuadere hominib⁹ vt bene viuāt : ⁊ christiani non sint:per aliam partē volūt ascendere: rapere ⁊ occidere. Tales ergo fures sunt:quia quod alienū ē suū dicūt: Latrones:quia qō furant occidūt. CHRY. Audistis qualiter descripsit latronē:intuere ⁊ pastoris diffinitōnem. Sequit̄ enim: Qui autē intrat per ostium:pastor ē ouiū. AVG. de ver. dom. Intrat per ostium qui intrat per xp̄m:qui imitat̄ passiōem xp̄i:qui cognoscit humilitatē xp̄i:vt cum deꝰ factus sit homo ꝓ nobis cognoscat se homo nō esse deum sed hominē. Qui.n.vult deus videri cum sit homo: nō imitat̄ illū qui cum deꝰ esset:homo factꝰ ē: Tibi autez nō dicitur: Esto aliquid minꝰ q̄ es:sed agnosce quid es: Sequit̄: Huic ostiari⁹ aperit. CHRY. Nihil phibet ostiarium vocare moysen:ille.n.ē cui eloquia dei credita sunt. THEO. Uel spiritussanctꝰ ē ostiarius:per quē scripture referate nobis indicant xp̄m. AVG. Uel aliter: Ostiariū ipsum dn̄m debem⁹ accipere.multo sunt.n.magis inter se diuersa in rebꝰ humanis pastor ⁊ ostiū:q̄ ostiari⁹ ⁊ ostiū ⁊ tamē domin⁹ ⁊ pastorē se dixit ⁊ ostiū. Cur ergo nō intelligam⁹ ipsum ⁊ ostiariū: ipe.n.se aperit:qui seipsum exponit . Si aliam personā queris ostiarij: vide ostiariū forte spiritūsanctū:de quo domin⁹ dicit: Ipse vos docebit omnē veritatē. Ostium ē xp̄s qui ē veritas.quis aperit ostiū:nisi qui docet veritatem: Cauendū tamē ē ne maior estimet̄ ostiari⁹ esse q̄ ostiū:quia in domib⁹ hominū ostiari⁹ ostio:non ostium præponit̄ ostiario. CHRY. Quia vero dicebant eum esse deceptorē: ⁊ hoc ex infidelitate suiipsoz certificabāt dicētes: Quis ꝓncipū credit i cū: oñdit nūc q; ex hoc q; nō attēdūt ei:ex ordine ouiū excludūtur.vnde sequitur: Oues vocem ei⁹ audiūt. Si enim pastoris est per legitimū intrare ostiū quod ipe intrauit:ab ouiū cōgregatōe se abstrabūt qui ipsum nō audiūt. Sequitur: Et ꝓpias oues vocat nominatim. AVG. Nouit enī nomia predestinatorū.vnde discipulis ait: Gaudete quoniā nomina vestra scripta sunt in celo. Sequitur: Et educit eas. CHRY. Oues educebat quādo eas mittebat:nō extra lupos:sed in medio lupoꝝ. Uidet aūt ⁊ de ceco occulte insinuare. etenī illum eduxit vocans ex medio iudeoꝝ:⁊ vocē ei⁹ audiuit. AVG. Sed ⁊ quis ali⁹ oues emittit:nisi qui earuz peccata dimittit: vt eum sequi duris liberate vinculis possint. Sequit̄ enim: Et cum ꝓpas oues emiserit:añ eas vadit. GLO. Emittit siquidez eas de tenebris ignorātie ad lucē:dum ante eas vadit:quasi in colūna nubis ⁊ ignis. CHRY. Nimirū pastores cōtrariū faciūt oues sequētes: sed ipe oñdit se cōtrarium facere:quoniā oues deducit ad veritatē. AVG. Et quis ē qui oues ꝓcessit:nisi qui surgēs a mortuis iā nō moriē:⁊ patri dixit: Quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum:⁊ ipsi sint mecū. Sequit̄: Et oues illuz sequūtur:quia sciūt vocē eius:alienū aūt nō sequūtur:sed fugiūt ab eo:quia nō nouerūt vocē alienoꝝ CHRY. Alienos dicit eos qui circa theodaz ⁊ iudam:aut eos qui post hoc alios debent decipe pleudo apostolos. vt enī nō dicat̄ vn⁹ illoꝝ esse ꝓ mlta se ab eis sepat. ꝓmo quidē ꝓ doctrinā scripturaꝝ:ꝓ qs xp̄us ad se hoies adducebat. Illi vo ab eis hoies abstrahebāt. Secūdo ꝓ ouiū obedientiā.nam in eū q̄dē nō solū venientē:sed etiā mortuū homines credidērūt:illos aūt cōfestim reliquerūt THEO. Significat etiā antix̄pm:qui paululū decipiēs nō obtinebit sequaces pꝰ eiꝰ morte. AVG. Sed quō solueē ista questio: Audiūt vocē xp̄i quādoq; nō oues. audiuit.n.iudas:sed lupꝰ erat:⁊ nō audiūt oues. aliq̄ .n.eoꝝ qui xp̄m crucifixerūt nō audierūt: sed oues erāt. Sed dicet aliquis:quādo nō audiebant: quia nō erāt. vox audita eos mutauit: ⁊ ex lupis oues fecit. Ne aūt aduc mouet:q; per ezechielez obiurgat dominꝰ pastores:⁊ dicit inter cetera de ouibus: Errantē nō reuocastis:dicit ⁊ ouē appellat. Nō erraret si vocē pastoris audiret.sed ideo erauit:quia vocem alieni audiuit. Dico ergo: Nouit dominꝰ q̄ sūt eius:nouit ꝑscitos:nouit ꝑdestinatos. Ipsi sūt oues aliquādo ipsi nesciūt:sed pastor nouit eas.multe.n. oues foris sunt:⁊ multi lupi intꝰ. De ꝑdestinatis ergo loquit̄: Est aūt aliqua vox pastoris in qua oues nō audiūt alienos:sed xp̄s. Que ē ista vox: Qui pseuerauerit vsq; in finē:hic saluꝰ erit. Hanc vocez nō negligit propius:non audit alienus. Sequitur: Hoc ꝓnuer.dixit eis iesus: Illi aūt non cognoue. quid loquebatur eis. Pascit enim dominus manifestis: exercet obscuris. Duz autē duo audiunt verba euāgelij:vnus impius: alter pius. ⁊ talia forte sunt: vt ambo non intelligant. Unus dicit: veruz est quod dixit:⁊ bonum est quod dixit:sed nos non intelligimus. Iste quia credit:iam pulsat:dignus est cui aperiatur:si pulsare persistat. Illi dicit: Nihil dixit:qui adhuc audiat : Nisi crediderit nō intelligetis.

Dixit ergo eis iterũ ieſus: Amẽ amen dico uobiſ: quia ego ſum oſtiũ ouiũ. Omnes quotquot uenerunt fures ſunt ⁊ latrones: ſed nõ audierunt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſiquis introierit ſaluabit̃: ⁊ igredietur ⁊ egredietur: ⁊ paſcua inueniet. Fur non uenit: niſi ut furetur: et mactet et perdat. Ego ueni ut uitam habeant: et abundantius habeant.

CHRY. Domin⁹ attẽtiores volẽs iudeos facere manifeſtat quod ſupra dixerat. vnde dicit: Dixit ergo iter eis ieſus: Amẽ amẽ dico vobis: ego ſum oſtiũ ouiũ. AVG. Ecce quod clauſum poſuerat aperuit: ipe ẽ oſtiũ intremus: ⁊ nos intraſſe gaudeam⁹. Sequit̃: Omnes quotquot vene. fures ſunt ⁊ latrões.

CHRY. Nõ de ꝓphetis hoc dicit⁹ ſicut heretici dicunt: ſed de ſeditioſis. vnde ⁊ laudãs ouem ſubiũgit: Sed nõ audierũt eos oues. Nuſq̃ aũt videt̃ lauda re eos q̃ nõ obedierunt ꝓphetis: ſz eis detrahit vehemẽter. AVG. Intellige ergo: Quotquot venerũt ꝓter me: nõ aũt ꝓter illũ. Prophete venerũt: qa cuz illo venerũt qui cũ vbo dei venerũt: q̃ veraces fuerũt qz ipe vbũ ⁊ veritas vẽtur⁹ꝓcones mittebat: ſz eoꝝ corda quos miſerat poſſidebat. carnẽ q̃ppe ipe accepit ex tpe: q̃ ẽ ſemp. In ꝓncipio enī erat verbũ: ante aduẽtũ aũt ei⁹ quo humilis venit in carne ꝓceſſerũt iuſti: ſic eũ credẽtes futuꝝ: quõ nos credim⁹ in euz q̃ venit. tpa variata ſũt: nõ fides. Eadẽ. n. fides vtroſq̃ cõiũgit: ⁊ eos q̃ vẽturꝝ ee: ⁊ eos q̃ veniſſe crediderũt Quotquot g̃ ꝓter illũ venerũt: fures fuerũt ⁊ latrones. i. ad furãdũ ⁊ occidẽdũ venerũt. Sed nõ audierũt eos oues. illi. ſ. de quib⁹ dictũ ẽ: Novit dñs q̃ ſũt ei⁹. Eos ergo nõ audierũt oues: in quib⁹ nõ erat vox xp̃i: errãtes: vana fingẽtes: miſeros ſeducẽtes. q̃re aũt ſe oſtiũ dixerit aperuit ſubdens: Ego ſũ oſtiũ: ꝓ me ſiqs intro. ſaluabit̃. AVG. q. d. Illos nõ audiũt oues ſed me audiũt: qz ego ſum oſtiũ: ⁊ q̃ ꝓ me nõ fuer⁹ ſz ver⁹ introierit ꝓſeuerãdo ſaluabit̃. THEO. Educit aũt ad paſcua dñs oues ꝓ oſtiũ. vñ ſequit̃: Et ingre. et egre. ⁊ paſ. inueniet. Que ſunt aũt hec paſcua: niſi delectatio futura ⁊ requies in quã nos dñs introducit

AVG. Sz q̃d ẽ q̃d dicit: Ingredietur ⁊ egredietur: Ingredi q̃ppe in eccliam ꝓ oſtiũ xp̃m valde bonũ ẽ: exire aũt de eccl̃ia nõ ẽ bonũ. Pot⁹ g̃ dici ingredi nos q̃n interi⁹ aliq̃d cogitam⁹: egredi aute q̃n exteri⁹ aliq̃d opamur: ſm illud: Exiuit hõ ad op⁹ ſuuz. THE. Vel ingredi dicit̃ cui ẽ cure homo interior: egredi vo qui boiem exterioꝛẽ. i. mẽbra q̃ ſũt ſupra terrã i xp̃o mortificat: hic. n. paſcua in futuro reperiet ſeculo.

CHRY. Vel h̃ dicit̃ pp aplos qui cũ ocio introierũt ⁊ exierũt: vt toti⁹ orbis tetraꝝ facti dñi: ⁊ nullus eos eijcere valuit: ⁊ nutrimentũ habuerũt AVG. Sed pl⁹ me delectat: qꝛ ipe quodãmodo nos admonuit: cũ ſecut⁹ adiũgit: Fur nõ venit niſi vt furetur.

ALCVI. q. d. Merito oues nõ audiũt vocẽ furis quia nõ venit fur niſi vt furet̃: aliena rẽ ſibi vſurpãdo: non de ꝓceptis xp̃i ſnos ſectatores inſtruẽs: ſed ſuis exẽplis eos viuere ſuadẽs. vñ ſubdit̃: Ut mactet. mala doctrina retrahẽdo a fide: Et pdat. in eterna dãnatõe. illi q̃ furãt̃ ⁊ occidũt. Ego veni vt vitaꝝ habeãt: ⁊ abũdãti⁹ habeãt. AVG. Videt̃ mihi dixiſſe Ut vitã habeãt. igredientes: hoc ẽ ꝓ fidẽ q̃ ꝓ dilectionẽ opat̃: ꝓ quã fidẽ in ouile igrediũt̃ vt viuãt: quia iuſt⁹ ex fide viuit: Et abũdãtius habeãt. ſ. egredientes q̃n veri fideles moriũt̃: ⁊ abũdãti⁹ habeant vitã: vbi nũq̃ deĩde moriãt̃. Quãuis g̃ ⁊ hic in ipo ouili nõ deſinit paſcua: inueniẽt tñ paſcua vbi ſaturet̃: q̃lia inuenit cui dictũ ẽ: Hodie mecũ eris in paradiſo.

GRE. ſup ezech. in ho. xiij. Ingredie t̃ ergo ad fidẽ egredie t̃ ad ſpem: paſcua vo inueniet i eĩna ſatietate.

CHRY. Nõ aũt dicit: Fur nõ venit niſi vt furet̃ ⁊ mactet ⁊ pdat. de ſedicioſis dicit q̃ ad lrãm ẽ factũ oĩb⁹ occiſis ⁊ pditis q̃ eos ſequebant̃: ⁊ ſic etiã pñti vita eos puauerũt. Ego aũt veni ꝓ ſalute ouiũ vt vitã habeãt: ⁊ abũdãti⁹ habeãt in regno celoꝝ. ⁊ hec ẽ tertia differẽtia qua ſe diſcernit a pſeudo ꝓphetis.

THEO. Myſtice aũt fur diabol⁹ ẽ: q̃ vẽit tẽtãdo vt furet̃ ꝓ cogitatões illicitas: ⁊ mactet ꝓ conſenſum: ⁊ deinde ꝓ opa deſtruat.

Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animã ſuã dat ꝓ ouibus ſuis. Mercenari⁹ aũt ⁊ qui nõ eſt paſtor cui⁹ nõ ſunt oues, ꝓſpe: videt lupum venientẽ: ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit ⁊ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius eſt: et non pertinet ad eum de ouibus.

AVG. Apuit dñs duas res q̃s quodãmõ clauſas ꝓpoſuerat. ꝓmo q̃dẽ ſcim⁹ qz oſtiũ ipe ẽ: nũc aũt oñdit qz paſtor ẽ dicẽs: Ego ſũ pa. bo. Supra aũt dixerat paſtor ẽ dicẽs: Ego ſũ pa. bo. Supra aũt dixerat paſtor ẽ intre ꝓ oſtiũ. ſi g̃ ipe ẽ oſtiũ: quõ ꝓ ſeipm intr̃t: Sic̃ g̃ ipe ꝓ ſeipm novit p:ez: nos aũt ꝓ illũ: ſic intr̃t in ouile ꝓ ſeipm: nos aũt ꝓ ipm. nos qz xp̃m pdicam⁹ ꝓ oſtiũ itram⁹: xp̃s aũt ſeipm pdicat. lumẽ. n. et alia demõſtrat: ⁊ ſeipm. Si aũt ꝓpoſiti eccl̃ie q̃ filij ſũt: paſtores ſũt: quõ vn⁹ paſtor ẽ: niſi qz ſũt illi oẽs vni⁹ mẽbra paſtor: ⁊ q̃dẽ q̃ paſtor ẽ: dedit mẽbr̃ ſuis. nã ⁊ petr⁹ paſtor: ⁊ ceteri apli paſtores: ⁊ oẽs bõi epi. Oſtiũ vo nẽo nr̃z ſe dic̃: h̃ ſibi ipe, ꝓpe tenuit. nõ aũt adderet Bonus: niſi eſſent ⁊ paſtores mali. ipſi ſunt fures ⁊ latrones aut certe vt multũ mercenarij

CHRY. in ho. Atq; ei⁹ bonitatis formaz quã nos imitemur adiũgit dicẽs: Bon⁹ pa. ani. ſu. po. ꝓ ouibus ſuis. fecit q̃ monuit: oñdit q̃ iuſſit. ꝓ ouibus ſuis animã ſuã poſuit: vt in ſacramẽto nr̃o corꝑ ſuuz et ſanguinẽ verteret: ⁊ ouel quaſ redemerat carni ſue alimẽto ſatiaret. Oſtẽſa ẽ nobis de cõẽptu mortis via quã ſeq̃mur: appoſita forma cui imꝑmamur. ꝓmũ nobis ẽ erꝛtioꝛa nr̃a miſicordit̃ ouib⁹ ei⁹ impẽdẽ poſtremũ vero ſi neceſſe ſit: etiã in mortez aiaz nr̃az ꝓ eiſdẽ ouib⁹ miniſtrare. Qui aũt nõ dat ꝓ ouibus ſubſtãtiã ſuã: quãdo ꝓꝛo bis datur⁹ ẽ animã ſuam.

Ca.x.

AVG. Nō aūt solus xp̄s hoc fecit: ⁊ tamē si illi q̄ fecerūt: mēbra ei⁹ sunt: idē ipe vn⁹ hoc fecit, ipe enim potuit facē sine illis: illi sine illo nō poterāt. AVG. Omēs tamē pastores boni fuerūt: non solū qa sanguinē fuderūt: sed quia p ouib⁹ fuderūt. nō. n. fuderūt elatōe: sed charitate. nā ⁊ apud hereticos q̄ ꝑpē iniquitates ⁊ errores suos aliquid molestiarū ꝑpessi fuerūt: nomīe martyrū se iactāt: vt hoc pallio dealbati facili⁹ furent̄ quia lupi sunt. Nō aūt omnes qui corpa sua in passiōe etiā ignib⁹ tradūt estimandi sunt sanguinē fudisse, p ouib⁹: sed poti⁹ ꝫ ouest. dicit. n. apls: Si tradidero corp⁹ meū vt ardeā: charitatem aūt nō habeā: nihil mihi ꝓdest. Quomodo aūt habet vel exiguā charitatē qui etiā cōiūct⁹ nō amat vnitatē: quā dom⁹ cōmendās noluit multos appellare pastores: sed pastorē vnū dicēs: Ego sum pastor bon⁹. CHRY. Sic igit̄ de cetero dominus de passiōe sua disputabat oñdēs qñ, p salute fiēt mundi: ⁊ nō inuit⁹ in hanc venit. Deinde rursus ostēdit signa pastoris ⁊ mercenarij cū dicit: Mercenarius aūt ⁊ qui nō ē pastor cui⁹ nō sunt oues: videt lupū venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit. GRE. Sūt enim nonnulli qui dū pl⁹ terrenā substantiā q̄s oues diligūt: meriro nomē pastoris ꝓdūt. nō enī pastor sed mercenari⁹ vocat̄ qui nō ,p amore intimo oues dīi cas: sed ad tpales mercedes pascit. Mercenari⁹ q̄p pe est qui pastoris locū tenet: sed lucrū aīax nō q̄rit terrenis cōmodis inhiat: bonore prelatōis gaudet. AVG. de ver. do. Aliud ergo q̄rit in eccl̄ia: nō deum querit. si deū quereret: cast⁹ esset: quia legitimū maritū anima deū habet. quisquis a deo querit preter deū aliquid: nō caste deū querit. GRE. in ho. Utrū vero pastor sit vel mercenari⁹ cognosci veraciter nō potest: si occasio uecessitatis deest. trāquillitatis enī tpe plerūq̄ ad gregis custodiā: sicut verus pastor: sic etiā mercenari⁹ stat. sed lup⁹ veniēs ꝺicat quo quisq̄ aīo sup gregis custodiā stabat. AVG. de ver. do. Lup⁹ aūt diabol⁹ est: ⁊ qui illum sequūt̄. nam dictū est q̄ induti quidā pellib⁹ ouiū: int⁹ sunt lupi rapaces. AVG. sup iohā. Ecce lup⁹ ouis gutture apprehendit: diabol⁹ fideli adulteriū psuasit: excōmunicād⁹ est. Sed excōmunicat⁹ inimic⁹ erit: insidiabitur: nocebit cū potuerit. vnde taces: nō increpas. lupū veniētē vidisti ⁊ fugisti: corpe stetisti: aīo fugisti. affectōes enī nostre mot⁹ animox sunt. letitia animi diffusio est: tristicia animi cōtractio. cupiditas animi ꝓgressio: timor animi fuga est. GRE. in hom. Lup⁹ etiā sup oues venit cū quilibet iniustus ⁊ raptor: fideles quosq̄ atq̄ humiles oppīmit. Sed is qui pastor esse videbat̄ ⁊ nō erat: relīq̄t oues ⁊ fugit. quia dū sibi ab eo piculū metuit: resistere ei⁹ iniusticie nō ꝓsumit. fugit aūt nō mutādo locū: sed subtrahēdo solaciū. Sed cōtra hoc mercenari⁹ nullo zelo accēdit̄: quia dū soluz exteriora cōmoda requirit: interiora gregis vāna negligēter patit̄. vnde subdit̄: Mercenari⁹ aūt fugit: quia merce. est: et nō ptinet ad eū de ouibus. Sola ergo causa est vt mercenari⁹ fugiat: q⁹ mercenari⁹ ē. Ac si dicat: Stare in piculo ouiū, nō pōt: qui in eo q⁹ ouib⁹ pest: nō oues diligit: sed lucrū terrenū q̄rit. ⁊ iō opponē se contra periculū trepidat: ne b̄ q̄ diligit amittat. AVG. Si aūt apli pastores fuerūt non mercenarij: q̄re fugiebāt qñ ꝑsecutōem patiebāt̄? ⁊ hoc dño dicente: Si vos ꝑsecuti fuerit fugite. pulsem⁹: aderit q̄ apiet. AVG. ad bonifat. Fugiāt g̃ dño de ciuitate ī ciuitatē fui xp̄i: ministri ēi ⁊ sacrameti ei⁹ qñ eox q̄sq̄s spāl̄r a ꝑsecutoribus q̄rit̄: vt ab alijs q̄ ñ ita req̄rūt nō deseraf ecclia. Cū aūt oim. i. epox ⁊ clicox ⁊ laicox ē cōe piculū bi q̄ alijs indigēt: nō desiderāt̄ ab his q̄ b⁹ indigēt. aut igit̄ ad loca munita oēs trāseāt: aut q̄ hīt remanēdi necessitatē: nō relinquāt̄ ab eis per quos eox eccl̄iastica ē ipleda necessitas. Tūc ergo de locis in q̄b⁹ sum⁹ pmēte ꝑsecutōe fugiendū ē xp̄i ministris: qñ ibi aut plebs xp̄i ñ fuerit cui ministret: aut pōt ipleri p alios necessariū misteriū: q̄b⁹ eadē nō ē cā fugiēdi. Cū aūt plebs manet: ⁊ ministri fugiunt: ministeriūq̄ subtrahit̄: q̄d erit nisi mercenariox illa fuga dānabilis: q̄b⁹ ñ ē cura de ouib⁹? AVG. sup iohā. In bonis g̃ noīanf ostiū ostiari⁹ pastox ⁊ oues in malf fures ⁊ latrones: mercenarij: lup⁹. AVG. de ver. do. Diligēd⁹ ē pastor: cauēd⁹ latro: tolerād⁹ mercenari⁹. Tādiu enī est vtilis mercenari⁹: q̄diu nō videt lupū furē vel latronē: cū aūt viderit fugit. AVG. sup iohā. Nec enī mercenari⁹ diceret̄: nisi accipet a cōducēte mercedē: filij eternā hereditatez patris patiēter expectāt: mercenari⁹ temporalē mercedez cōducti festināter exoptat: ⁊ tamē per liguas vtrozūq̄ diuina christi gloria diffamat̄. Inde ergo ledit: vnde mala facit: nō vnde bona dicit: botrum carpe: spinā caue: q⁹ botr⁹ aliq̄n de radice vitis exortus: pēdet in spinis. multi quippe in eccl̄ia cmoda terrena sectātes xp̄m p̄dicāt: ⁊ p eos vox xp̄i audit̄: ⁊ sequūt̄ oues non mercenariū: sed vocem pastoris per mercenariū.

¶ Ego sum pastor bonus ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscūt me mee Sicut nouit me pater: ⁊ ego agnosco patrez ⁊ animā meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo q̄ non sūt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ uocē meā audiēt ⁊ fiet unū ouile ⁊ unus pastor. Propterea me pater diligit: qa ego pono animā meā: ut iterū sumā eam. Nemo tolit eā a me: sed ego pono eam a meipo. Potestatē habeo ponendi eam: ⁊ potestatē habeo iterū sumēdi eam. Hoc mandatū accepi a patre meo. Dissentio iterū facta ē inter iudeos ꝓpter sermones hos. Dicebant aūt multi ex ipis: Demonium habet ⁊ insanit. Quid eum audistis? Alij dicebāt: Hec uerba nō sunt demoniū habētis: Nunqd demoniū potest ceco⁹ū oculos apire?

CHRY. Duos supius malos ꝑmisit dñs: vnū qui furat᷑ z mactat z rapit: alterꝫ q̄ nō ꝓhibet: p illū sedi cios os insinuās: p hūc iudeoꝝ magistros ꝟ fūdēs: et nō ꝓcurātes creditas oues. Sed ab vtrisq; seipsum xp̄s distinxit. ab illis quidē qui ad ledēdū venerūt: in hoc q̄ dixit: Veni vt vitā habeāt. ab his qui ꝺtēnūt lupoꝝ rapinas: ex eo q̄ ꝓ ouib⁹ aīam ponit: z iō q̄s cōcludēs subdit: Ego sū pastor bon⁹. Sed q̄a supi⁹ dixerat: q̄ oues pastoris vocē audiūt: z sequūt᷑ eum ne q̄s dicat: Quid ergo dicis de his q̄ tibi nō credūt ꝟnter subdit: Et cognoſ. oues me. z cognoſ. me mee. Nō z paul⁹ oñdit dicēs: Nō repellit dñs plebē suā quā p̄sciuit. GRE. in ho. Ac si apte dicat: Diligo oues meas: z ipe me diligētes obsequūt᷑. q̄. n. vitatez nō diligit: adhuc mīme cognouit. THEO. Dinc aūt differētiā mercenarij z pastoris elicies. nā mercenari⁹ ignorat oues: q̄ raro visitat eas. pastor vero cogn̄scit oues ꝓpas: tāq̄ erga eas sollicit⁹. CHRY. Deide vt nō estimes parē mēsurā cognitiōis christi z ouiū: ꝟnter subdit: Sic̄ no. me pa. z ego cog. p̄em q. d. Ita certissime ipm scio: sicut ipe me: hec ergo ē par cognitio. nā sequit᷑: Et ani. me. po. ꝓ oui. meis. GRE. in ho. Ac si apte dicat: In hoc ostat: q̄a cognosco p̄em: z cognoscor a patre: q̄ aīam meā pono ꝓ ouib⁹ meis. i. ea charitate qua ꝓ ouib⁹ meis morior q̄tū p̄em diligā oñdo. CHRY. Hoc etiā dic̄ oñdens q̄ nō est errone⁹: q̄ z apl̄s q̄n seipm voluit ostēdere vez esse mgr̄m: cōtra pseudo apl̄os induxit rōem a piculis z mortib⁹. THEO. Seductores. n. nō exposuerūt aīam suā ꝓ ouib⁹: sed sicut mercenarij deserūt illos qui eos sequebāt᷑. dñs aūt vt nō ca perēt dixit: Sinite hos abire. GRE. Quia vero nō solū iudeam: sed etiā gētilitatē redimere venerat ad iūgit: Et alias oues habeo: que nō sunt ex hoc ouili AVG. de ver. do. Loquebat᷑. n. primo de ouili de genere carnis isrl̄. erāt aūt alij de genere fidei ipius isrl̄ extra erāt: adhuc in gētib⁹ erāt ꝑdestinati: non dū cōgregati. Nō ergo sunt de hoc ouili: quia non sunt de genere carnis isrl̄; sed erūt de hoc ouili. naz sequit᷑: Et illos oz me adducere. CHRY. Ostendit vtrosq; dispsos z pastores nō bītes. Sequit᷑: Et vocez meā audiēt. Ac si dicat: Quid miramini si hi me sunt secuturi z vocē meā audituri: quādo alios videbitis me sequētes: z vocē meā audiētes: deide et futurā eoꝝ p̄nūciat vnionē. vnde subdit: Et fiet vnū ouile z vn⁹ pastor. GRE. in home. Quasi ex duobus gregib⁹ vnū ouile effecit: quia iudaicū z gētilez populū in sua fide cōiūgit. THEO. Idē nāq; omnib⁹ est baptismi signaculū: vn⁹ pastor verbum dei. Attēdāt ergo manichei: q̄n vnū ouile z vn⁹ pastor est noui z veteris testamēti. AVG. Quid ergo est Nō sum missus nisi ad oues que ꝑierūt dom⁹ isrl̄: nisi quia pītiā suā cōpalē nō exhibuit nisi populo isrl̄: ad gētes autez nō ꝓrexit ipe sed misit. CHRY. Hoc aūt verbū oportet quod hic positū est: non necessitatis est demōstratiuū: sed ei⁹ quod oīo fiet. q̄a aūt alienū dicebāt eum a patre subiūgit: Propterea me pa. ꝟili. quia ego po. ani. me. vt iterū sumā eam. AVG. i. q̄ morior vt resurgā. cū magno. n. pondē dictū est: Ego pono. Nō gloriēt᷑ iudei seuire potuerūt si ego voluero ponere aīam meā: q̄d seuiēdo facturi sunt: THEO. Dilexit aūt p̄ filiū: nō tanꝫ stipēdia mortis ꝓ nobis sustinēde: dilectōem suam ei tribuēs: sed quasi sue quidditatis ꝓpetatē ingēito intuēs dū ex eadē charitate ꝓ nobis voluit morez subire. CHRY. Vel vtif hic cōdescensiōe. q. d. Etsi nihil aliud eēt hoc suasit mihi amare vos q̄ vos ita amamini a patre vt ego etiā ꝓpē b̄ diligar ab eo: q̄ ꝓ vobis morio: nō aūt a patre antea nō amabar᷑. z nos sum⁹ facti amoris ei⁹ causa. Similr aūt z b̄ oñdere vult: q̄n nō inuit⁹ ad passiōem venit. vnde seq̄tur: Nemo tollit eā a me: sed ego pono eā a meipso AVG. iiij. de trini. In quo demōstrauit q̄ nulla causa peccati vsq; ad mortē carnis accesserit: sed q̄a voluit quādo voluit: z quomodo voluit. vnde seq̄t᷑ Potātē ba. po. ani. meā. CHRY. Quia. n. mlt⁹ toties cōsiliabant᷑ eum interficere dicit: q̄n nolēte eo inutilis erat hic labor. Ita. n. habeo potestatē aiaz meā ponere: vt null⁹ possit me inuito facere: quod in hominib⁹ nō est. nos. n. nō habem⁹ potestatē aliē ponē nisi interficiēdo nosmetipos: ipe aūt sol⁹ dom⁹ est ponēdi eam. Hoc aūt existēte vero z illud ostat: q̄ quādocūq; voluerit eam suscipe possit. vnde seq̄tur Et potātē ba. ite. sumē. eam. In quo z resurrectiōem demōstrauit indubitabilē. Ut aūt nō estimēt cū eū interfecerīt derelictū a patre subiūgit: Hoc mandatuz accepi a patre meo. s. ponēdi aīam z sumēdi. Ex quo nō est intelligēdū: q̄ ꝑus expectauerit audire: z op⁹ ei fuerit discere: sed volūtariū mōstrauit ꝓcessum: z cōtrarietatis ad p̄em suspitōnem destruxit. THEO. Nihil. n. aliud mādatū hic dicit: q̄s ea q̄ ad p̄em cōcordia ALCVI. Verbū. n. nō vbo accepit mandatū: sed in verbo vnigenito ꝑis est oīe mandatū. Cum autē dicit᷑ fili⁹ accipe quod subsētialiter habet: nō potestas minuit᷑: sed generatio ei⁹ ostendit᷑. pater enī filio quē ꝓfectū genuit: omia gignēdo dedit. THEO. Postq̄ aūt de se sublimia ostēderat: mortis z vite se ꝓncipē exp̄mēs: rursum inducit humilia: sic mira dispositōe vtraq; onectēs vt nec minor aut subdit⁹ patri reputet᷑: nec dei aduersari⁹ sed ei⁹ ptātis z cōsilij. AVG. Per b̄ autez q̄ dixit de anima sua: instruimur cotra appollinaristas qui dicūt christū non habuisse animā humanam. i. rationalē. Queram⁹ aūt quomodo dominus aīam suā posuit: Christ⁹ enī est verbū z homo. i. verbū z anima z caro. christ⁹ ergo ex eo q̄ verbū est ponit aīam z itez sumit eā: an ex eo q̄ aīa humana ē: ipa se ponit: z itez ipa se sumit: an itez ex eo q̄ caro est: caro animā ponit z itez sumit: Si aūt dixerim⁹ quia verbū dei posuit animā suā: z itez sūpsit eam: ergo aliquādo anima illa separata est a dei verbo. Mors enī corp⁹ ab anima separauit: a verbo autez animā separatā nō dico. Si autē dixerim⁹: quia ipa se anima posuit: absurdissim⁹ sensus est. si enī a vbo separata nō erat: a seipa poterat separari. Caro ergo ponit animā suā: z iterū sumit eā: nō tamē potestate sua: sed potestate inhabitantis carnem. s. verbi. ALCVI. Et quia lux in tenebris lucebat: z tenebre eam nō comp̄hēderūt subiūgit: Dissensio itaq; facta est inter iudeos ꝓpter sermones hos. dicebāt autem multi ex ipsis: Demonium habet z insanit. CHRY. Quia enim maiora erāt q̄s fm hominem ea q̄ dicebāt᷑: demoniū eū habere dicebāt. sed q̄ demoniū nō habebat ostēdūt alij ab his q̄ fec̄. vñ seq̄t᷑:

Ca.x.

Alij aũt dicebãt: Hec verba nõ sunt demoniũ hñtis. nũquid demoniũ potest cecoꝝ oculos apire: q.d. Nec ipa verba demoniũ habẽtis videtur. Si vo nõ suademini a verbis: ab opib⁹ moueamini. quia ergo dñs eam que p res est tribuerat demõstratõem: sile bat de reliquo. Necꝫ enim responsiõe erãt digni: sed ꝛnos erudiuit mãsuetudine ꝛ lõganimitate omnẽ ipsi etiã seipos compescebãt: quãdo ab inuicẽ diuinis altercarẽtur.

¶ Facta sunt autẽ encenia in hierosolymis: ꝛ hyems erat. Et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis. Circũdederũt ergo eum iudei: ꝛ dicebãt ei: Quousqꝫ animaꝫ nostrã tollis? Si tu es christus dic nobis palam? Respõdit eis iesus: Loquor uobis: ꝛ nõ creditis. Opera que ego facio in noie patris mei: hec testimoniũ perhibẽt de me. Sꝫ uos nõ creditis: qa nõ estis ex ouib⁹ meis. Oues mee uocẽ meã audiũt ꝛ ego cognosco eas: ꝛ sequunt̃ me. Et ego uitam eternã do eis: ꝛ non peribũt in eternũ: ꝛ non rapiet eas quisqꝫ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maⁱ omnib⁹ est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ꝛ pater unũ sumꝰ.

¶ ALCVI. Audiuimus patiẽtiã dei ꝛ inter obprobria pdicatõem salutis: sed ipsi obdurati magis eum tentare q̃ ipsi obedire volebãt. vnde dicit̃: Fa. sunt aũt ence. in hierosolymis. ¶ AVG. Encenia festiuitas erat dedicatõis tẽpli. Grece. n. cenõ dicit̃ nouũ: quicqꝫ nouũ quid fuerit dedicatũ encenia vocatur ¶ CHRY. Dicit. n. diem scõm quã templũ dedicatũ est: redeũtib⁹ eis a captiuitate babylonis. ¶ THEO. Splẽdide ergo psequebãt̃ solẽnitatẽ velũti ꝑpuꝫ de coꝛẽ recuperãte ciuitate post tã lõgã captiuitatem ¶ ALCVI. Uel hec dedicatio in memoriã illi⁹ erat dedicatõis quã iudas machabe⁹ fecit. Prima. n. dedicatio a salomone facta est tpe autũni. Secũda a zorobabel ꝛ iesu sacerdote tpe veris: hec aũt tpe hyemali. vñ seq̃t: Et hyems erat. ¶ BED. Sub iuda enĩ machabeo statutũ legit̃ vt eadẽ dedicatio p oẽs annos ĩ memoriã solẽnib⁹ renouaret̃ officiis. ¶ THE. Tẽp⁹ aũt hyemis euãgelista exp̃mit: ad oñdẽdũ q⁹ p tmũ eẽt tẽp⁹ passiõis. nã in vere sequẽti passus est dñs: ꝛ iõ hierosolymis cõuersabat̃. ¶ GRE. ij. mo. Uel iccirco hyemis curauit tps exp̃mere: vt ineſſe iudeoꝝ corꝺib⁹ malicie frigus indicaret. ¶ CHRY. In hac aũt solẽnitate xp̃s cũ multo studio aderat: de reliquo. n. iudeã frequẽtabat: q⁹ passio erat in ianuis. vñ seq̃t: Et ambu. ie. in tẽ. in porti. salomonis. ¶ ALCVI. Porticus salomonis dr: vbi rex ille ad oraꝺũ stare cõsueuerat: ꝛ iõ ex ei⁹ noie cognoscabat̃ Solẽt aũt porticꝰ qb⁹ tẽplũ cingebat̃ ex noie templi vocari. Si aũt filiꝰ dei in tẽplo in quo caro bruti⁹ aĩaliũ offerebat̃ ambulare voluit: q̃ tomagis nrãm oraõis domũ in qua caro ꝛ sanguis eiꝰ sacrat̃ visitare gaudebit̃ ¶ THEO. Satagas tu quoqꝫ dũ hyems imminet. i. vita pñs turbinib⁹ iniq̃tatis ꝺcussa spũales encenias tui tẽpli celebrare: semp renouãdo teipm: ꝛ ascẽsiões in coꝛde tuo disponẽs: tũc ies⁹ erit p̃sto tibi in porticu salomonis: pacificũ statum tibi tribuẽs sub tegmine ꝑpo. in seculo aũt futuro nẽo renouatõis solẽnia celebrare poterit ¶ AVG. Quia ergo iudei frigebãt a diligẽdi charitate ꝛ ardebãt nocẽdi cupiditate: nõ accedebãt̃ psequẽdo: sed ꝑmebãt̃ psequẽdo. vnde sequit̃: Circũ. er. eũ iu. ꝛ dixe. ei: Quousqꝫ ani. no. tollis? Si tu es chri. dic no. palaꝫ. nõ veritatẽ desiderabãt: sed calũniam p̃parabãt. ¶ CHRY. Opa. n. ei⁹ in nullo incusare valentes: captiõem quãdã ex verbis cupiebãt inuenire: ꝛ intuere puersitatẽ illoꝝ. nã cũ p sermonẽ erudit dicũt ei: Quod signũ ostẽdis? Eũ aũt per opa demõstrat dicũt ei: Si tu es christ⁹ dic nobis palã. quasi semper ad cõtrariũ stãtes. sed ꝛ plenũ odio erat qõ dicunt Dic nobis palã. Et nimirũ ipe palã omĩa dicebat in festiuitatib⁹ semp assistẽs: ꝛ nihil occulte loq̃batur. sed ꝛ adulatõnis verba p̃mittũt dicentes: Quousqꝫ aĩam nostrã tollis? vt. s. eũ, puocãtes aliquã captionẽ inueniãt. ¶ ALCV. Lausanẽ enĩ q⁹ aĩos eoꝝ in certos ꝛ suspensos dimittendo toleret: q̃ venerat vt aĩas saluaret. ¶ AVG. Querebãt aũt audire a dño: Ego sum xp̃s. ꝛ fortasse de xp̃o fm hoiem sapiebãt: sed diuinitatẽ xp̃i in pphetis nõ itelligebant. ꝛ sic si dicẽt: Ego sum xp̃s: fm q⁹ illi sapiebãt de semine dauid: calũniarẽt̃ q⁹ sibi arrogaret regiã potestatem. ¶ ALCV. Et sic cogitabãt eũ tradere ptãti p̃fidis ad puniẽdũ: quasi cõtra augustũ ĩpiꝫ vsurparet: quare dñs ita tempauit rñsiõem vt etiã calũniatoꝝ ora cõcluderet: ꝛ quia xp̃s est fidelib⁹ pãderet: ꝛ de homie querẽtib⁹ diuinitatis mysteria narrat. vñ sequit̃: Rñdit eis ie. Lo. vo. ꝛ nõ credi. ope. q̃ ego fa. in no. pa. mei: hec testi. phi. de me. ¶ CHRY. Quia enim simulabãt a solo verbo se suaderi qui a tot opibus nõ sunt suasi: arguit maliciã eoꝝ. q. d. Si opib⁹ non creditis: qualiter verbis credetis? ꝛ quare nõ credãt ostẽdit subdẽs: Sed vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouib⁹ meis. ¶ AVG. Hoc aũt dixit: quia videbat eos ad sempiternũ interitũ p̃destinatos: nõ ad vitã eternã sui sanguis p̃cio cõpatos: oues. n. sunt credẽdo pastoꝛẽ sequẽdo. ¶ THEO. Postq̃ vo dixerat: Nõ estis ex ouib⁹ meis. Cõsequẽter indurit eos vt oues ei⁹ efficiãt̃ dicẽs: Oues mee vo. me. audiũt ¶ ALCV. .i. p̃ceptis meis et aĩo obediũt. Et ego cognosco eas .i. eligo. Et sequũt̃ me: h mãsuetudinis ꝛ innocẽtie viã icedẽdo: ꝛ post ad gaudia eterne vite itrãdo. vñ sequit̃: Ego vitam eternã do eis. ¶ AVG. Ista sunt pascua de quib⁹ supra dixerat: Et pascua ĩueniet. bona pascua vita eterna dicit̃. ibi nulla herba arescit: totũ viret. Vos aũt calũniã p̃opterea queritis: qa de vita pñti cogitatis. Sequit̃: Et nõ pi. in eternũ. Subaudi tanq̃ eis dixerit: Vos pibitis ĩ eternũ. qa nõ estis ex ouib⁹ meis ¶ THE. Sed quõ videm⁹ ĩdã periisse: q⁹ nõ p̃mãsit vsq̃ ad finẽ? Christus autẽ de

pseuerãtib⁹ hoc dixit. Nã siqs sepaꝛ ab ouiũ grege: desinẽs sequi pastoꝛẽ: confestim incurrit periculuz.
AVG. Quare aũt nõ peant subdit: Et nõ rapiet eas quisq; de manu mea. De illis enim oui⁹ de qui bus dicit: Nouit dom⁹ qui sunt eius: nec lup⁹ rapit: nec fur tollit: nec latro interficit. Secur⁹ est de numero illoꝝ qui pro eis nouit quid dedit. HYLA. vij. de trinita. Conscie potestatis hec vox est: at vero vt in natura licz dei: tamen ex deo intelligẽda sit eius natiuitas subiecit: Pater meus quod dedit mihi: maius omnib⁹ est. Non occultat ex patre esse se natum. quod enĩ a patre accepit: accepit nascẽ/do: nõ postea. AVG. Non enĩ crescẽdo: sed nascẽ do equalis est: qui semp natus est de patre filius: de deo deus. Hoc ẽ ergo quod dedit mihi pater: quod mai⁹ oĩbus est: vt. s. sim verbũ ei⁹: vt sim vnigenitus fili⁹ eius: vt sim splẽdoꝛ lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oues meas de manu mea: quia nec de manu patris mei. vnde sequit: Et nemo potest rapere de manu patris mei. Si manũ intelligam⁹ potestatem vna est patris z filij potestas: quia vna diuinitas. Si autem manũ intelligam⁹ filiũ: manus patris est ipe filius: quod nõ ita dictũ est tanquã deus pater habeat corpozis mẽbra: sed q⁹ per ipsum facta sunt omĩa. Nam solent z homĩes dicere man⁹ suas esse alios homĩes per quos faciũt quod volũt. Aliquã/do z ipsum opus homis man⁹ homis dicitur: quod fit per manũ: sicut dicit quisq; agnoscere manũ suã cum id quod scriptũ sit agnoscit. hoc autẽ loco ma num patris z filij intelligim⁹ potestatẽ: ne forte cũ hic maaũ patris ipsum filiũ dictũ acceperimus: inci piat carnalis cogitatio etiam filij querere filium.
HYLA. vij. de trinita. Ut eniz per corporalẽ signi ficatiõnem: virtutẽ possis eiusdez nosse nature: com memozata est filij manus: manus patris: quia natu ra z virtus patris esset in filio. CHRY. Deinde vt nõ estimes quia ipe quidẽ imbecillis est. propter pa tris autem virtutẽ in tuto sunt oues subdit: Ego et pater vnũ sumus. AVG. Utrũq; audi: z vnum: z sum⁹: z a charybdi z a scylla liberaberis. Qõ dixit vnũ liberat te ab arrio: q⁹ dixit sumus: liberat te a sa bellio. Si vnum: nõ ergo diuersum. si sumus: ergo pater filius. AVG. vi. de trinita. Vnũ enĩ sumus. dictũ est: Quod ille: voc z ego sm essentiã: non sm relatiuũ. HYLA. viij. de trinita. Hec igit quia he/retici negare nõ possunt: impietatis sue mendacio negãda corrumpũt. tẽtant enim id ad vnanimitatis referre cõsensum: vt volũtatis in his vnitas sit: non nature. i. nõ per id quod sumus: sed per id quod idem volunt vnũ sint: sed per nature natiuitatẽ duz nihil deus in eo ex se gignẽdo eum degenerat vnũ sunt. Nũq; de manu eius nõ rapiunt: nõ rapiunt de ma nu patris: dum in operãte se operat pater: dum ipe in patre: z in eo pater est. hoc non prestat creatura: sed natiuitas. nõ efficit volũtas: sed potestas. nõ lo quit vnanimitas: sed natura. Non negam⁹ igit vna nimitatem inter patrẽ z filiũ. nam hoc solẽt hereti ci mentiri: vt cũ solam cõcordiã ad vnitatẽ nõ respi cimus: discordes eos a nobis affirmari loqnãt. sed audiant q̃ a nobis vnanimitas nõ negetur. Unuz sunt pater z fili⁹ natura: honoꝛe z virtute: nec natu ra cadẽ: põt velle diuersa.

Sustulerunt ergo lapides iudei ut lapidarent euz. Rñdit eis iesus: Multa bona opera oñdi uobis ex patre meo. Propter qd eoꝝ opus me lapidatis? Rnderũt ergo iudei: De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. z quia tu hõ cuz sis: facis teipsuz deũ. Respõdit eis iesus: Nonne scriptũ est in lege ue stra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei fact⁹ est z nõ potest solui scriptura: quez pater sanctificauit: z misit in mũdũ uos dicitis quia blasphemas: quia dixi fili⁹ dei sum. Si nõ facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: etsi mihi non uultis cre dere: operibus credite: ut cognosca tis z credatis: quia pater in me est: z ego in patre.
AVG. Iudierũt iudei: Ego z pater vnũ sumus. z nõ ptulerũt z more suo duri ad lapides cucurre/rũt. vnde dicit: Sustule. lapi. iu. vt lapi. eũ. HYLA. vij. de tri. Nũc hereticoꝝ furoꝝ iam oño in celis se dẽte: pari infidelitate dictis nõ obediẽtes: odiũ im/pietatis exercẽt: verboꝝ lapides iniiciũt: si possent de throno eum suo in cruce detraherẽt. THEO. Domin⁹ aũt oñdẽs q⁹ nulla iusta habebãt occasio/nem furẽdi aduersus eũ: cõmemozat signa q̃ fecerat nam sequit: Respõ. eis ie. Nul. bo. opera oñ. vo. ex pa. meo. ALCVI. s. in sanitatib⁹ infirmoꝝ: in exhi bitõne doctrine z miraculoꝝ que ex patre oñdi. qa ei⁹ gl'iam p omia quesiui: ppter quod eoꝝ op⁹ me la pidastis: quãuis inuiti confitẽtur multa beneficia sibi impẽsa a christo: sed quod de sua patrisq; equa/litate dixerat: pro blasphemia deputabãt. vñ sequtur Rñ. ei iu. De bo. ope. nõ lapi. te: sed de blasphe. z qa ho. cũ sis: fa. teipm deũ. AVG. Ad hoc rñderũt qõ dixerat: Ego z pater vnũ sumus. Ecce iudei intelle/xerũt: quod arriani nõ intelligũt. ideo enĩ irati sũt: qñ senserũt nõ posse dici: Ego z pater vnũ sumus. nisi vbi equalitas est patris z filij. HYLA. vij. de tri. Jude⁹ dicit: Cum sis homo. arriani: Cuz sis crea tura. vtriq; aũt dicũt: Facis te deũ. Subiicit enĩ ar/rianus: Substãtie noue z aliene deũ. vt aũt alteri⁹ generis de⁹ fit: aut omnino nec deus. Dicit enĩ: Nõ est fili⁹ ex natiuitate: nõ est de⁹ ex veritate: creatura est pstãtioꝝ cũctis. CHRY. Domin⁹ aũt nõ destru xit opinionẽ iudeoꝝ ẽstimatiũ q⁹ se deo parẽ dicẽt sed magis cõtrariũ facit. nam sequit: Rñ. eis ie. Nõ ne scp. est in lege vestra. AVG. i. vobis data. Quia ergo dixi dij estis. De⁹ hoc dicit p. pphetaz i psalmo hõib⁹. Et legẽ appellauit dns generaliter omẽs illas

Et legē appellauit oēs generaliter oēs illas scriptu/
ras:quis alicubi specialiter dicat legē:a pphetis eā
distinguēs sicuti ē. In his duobus pceptis tota lex
pēdet ⁊ pphete. Aliquādo aūt in tria distribuit eas
dē scripturas:vbi ait Oportebat ipleri oīa que scri/
pta sūt i lege ⁊ pphetis ⁊ psalmis de me: Nūc vero
etiā psalmos legis nomīe nūcupauit: ex q̄bus fic ar
gumētat:Si illos dixit deos:ad quos ser.dei fa. est
⁊ nō po.sol.scri.quē pa.sancti.⁊ mi.i mundū:⁊ vos
dici.q̄z blasphemas: q̄z dixi:filiꝰ dei sum. HYLA.
vij.de tri. Demōstratur ꝰ quidē q̄ ipe ⁊ pater vnum
essent:in eo pmo ieptia ridiculi obprobrij cōfutat:
q̄ i reatū vocaret:q̄ se cū bō eēt:deū faceret. Cū.n.
lex huius nomīs appellatione sanctis hominibus de
cerneret:⁊ pmo dei idissolubilis cōfirmaret hāc im
partiti nomīs pfessionē. Jā ergo nō ē crimīs: q̄ se
deū cū bō sit faciat:cū eos q̄ homīes sūt: deos lex di
cerit. Et si a ceteris hominibus nō irreligiosa hui ꝰ no
minis vsurpatio ē:ab eo homīe quē sāctificauit pa
ter:nō impudēter vsurpari videt:q̄z dei filiū se dixe
rit:cū pcellat ceteros q̄ id q̄ō sanctificat ꝰ i filiū est:
beato paulo dicēte:q̄ pdestīat ꝰ ē filiꝰ dei in virtute
sm spiritū sanctificatiōis. oīs enī hec de homīe rā/
tio ē q̄ dei filiꝰ:etiā homīs filiꝰ ē. AVG. Uel alit
Sanctificauit.i.vt sanct ꝰ eēt gignēdo ei dedit:quia
sanctū eū genuit. Si aūt sm dei fact ꝰ ē ad homīes
vt dicerent dix:ipm verbū dei quō nō ē de ꝰ? Si per
simonē dei homīes pticipādo fuīt dix: verbū vnde p
ticipat nō ē de ꝰ? THEO. Uel sanctificauit eu:
hoc ē sanxit sacrificari p mūdo. In quo oīditur se
nō eē deū sicut ceteri. nā saluū facere mundū diui/
num op ꝰ ē:ñ aūt homīs deificati p grāz CHRY.
Uel interim q̄dē vt suscipeē sm humilꝰ locut ꝰ ē.
postea aūt ad mai ꝰ eos reduxit dicēs:Si non facio
 opa patris mei:nolite credere mihi.p b oīdens q̄ i
nullo minor ē patre:q̄z enī substātiā eius ipossibile
erat eis videre:ab operū pilitate ⁊ idētitate demon/
strationē ei ꝰ q̄ sm virtutē idissimilitudīs ē tribuit.
HYLA.vij.de tri. Quid hec adoptio: q̄d indulgētia
nomīs loci iuenit:ne ex natura dei filiꝰ sit:cū dei fi
lius ex nature paterne opibus credēdus sit:nō exeq̄
tur:ac similis ē deo creatura. Neq̄z enī nature alie/
ne ptās compatur:gerere aūt se nō sua: sed q̄ patris
sūt testat:ne p magnificētiā gestorū nature natiui/
tas auferat. Et q̄z sub sacramēto assumpti corpis na
tēm maria:homīs ⁊ dei filiꝰ nō itelligebat:fides no
bis ītimat ex gestis cū ait:Si aūt facio:⁊si mihi nō
vultis credere:opibus credite. Cū enī sacramētū na
ti homīs itelligētiā diuīe natiuitatis ipediat: cū di/
uina natiuitas oē op ꝰ suū sub mysterio assūpti ho/
minis exequit. Faciēs igit opa patris demōstrare
debuit.q̄d eēt opibus credēdū. Nā seq̄t: Ut cogno.
⁊ cre.q̄z pa.ī me ē ⁊ ego ī pa. Hoc ē illud: Dei filius
sum.hoc ē illud:Ego ⁊ pater vnū sum ꝰ. AVGV.
Nō enī filiꝰ sic dicit: In me ē pater:⁊ ego i illo:quō
possūt dicē boies:Si ei bñ cogitem ꝰ:⁊ bñ viuamus
i deo sum ꝰ:⁊ de ꝰ ī nobis ē: quasi pticipātes ei ꝰ gra/
tiā ⁊ illumīati ab ipo. Unigenit ꝰ aūt dei filius ī pa/
tre ē:⁊ pater i illo tāq̄z equalis.

Querebāt ergo eū apprehēdere
⁊ exiuit de manibus eorū. Et abijt
iterū trans iordanē in eū locum ubi
erat iohānes baptizans primum: ⁊
mansit illic. Et multi uenerunt ad
eum:⁊ dicebāt:quia iohānes quidē
signū fecit nullū. Omia aūt q̄cunq̄z
dixit iohānes de hoc: uera erant:⁊
multi credidērūt in eū.

BEDA:Aduc iudeos incepta demētia pfistere
euangelista oīdit dicēs:Querebāt ergo eū apprehē
dere. AVG. Nō credēdo ⁊ intelligēdo:sz semēdo
⁊ occidēdo. Tu apprehēdas vt habeas.illi apprehē/
dere volebāt:vt nō haberēt.vñ seq̄t:Et exiuit de ma
ni.eo. Nō eū apprehēderūt:q̄z manꝰ fidei nō habue
rūt. Sed nō erat magnū verbo eijcere carnē suā de
manibꝰ carnis. CHRY. Cū aūt christꝰ aliq̄d ma/
gnū locutꝰ fuerit:recedit velociter:vt sedet eoꝝ fu/
roꝝ p absentiā eiꝰ:quod vtiq̄z ⁊ nūc fecit.vñ seq̄tur:
Et abiit iterū trās iordanē in eū locū vbi erat iohā/
nes bapti.primū ⁊ mā.illic. Jō hūc locū euāgelista
cōmemorat.vt discas q̄n ꝑpe abijt.vt recordet eo/
rū q̄ illic facta sūt.⁊ dicta a iohanne ⁊ testimonij il
lius. BEDA: Dicit aūt Ubi erat pmū.i.a pmena
etate. Memorāte aūt eo ibi narrat: q̄z multi venerūt
ad eū.vñ seq̄t:Et multi venerūt ad eū ⁊ dicebāt: q̄a
iohānes quidē fecit signū nullū. AVG.i.nullū mi
raculū oīdit. Nō demonia fugabat: nō cecos illu/
mīauit:nō mortuos suscitauit. CHRY. Uide aūt
qualiter syllogismos cōponūt idubitabiles. Johā/
nes quidē dicūt nullū signū fecit:hic aūt facit:qua/
re hui ꝰ pemīnētia oīdit. Deīde ne putet iohannes
q̄z nullū signū fecit īdign ꝰ testimonio subdūt: Oīa
au.quecūq̄z di.io.de hoc:vera erāt. Quasi dicāt: Et
si nullū signū fecerit:tū de hoc oīa veraciter dixit.ei
go dicūt:Si iohāni credere oportebat: multomag
huic:cū illi ꝰ testimonio etiā demōstratione signoꝝ
habēti.vñ seq̄t:Et multi cre.i eū. AVG. Ecce q̄ ap
prehēderūt ꝑmanētē:ñ quō iudei volebāt apprehē/
dere discedētē. Et nos ergo p lucernā veniamus ad
die:q̄z iohānes lucerna erat ⁊ diei testimoniuz phi/
bebat. THEO. Notandū aūt q̄ crebro dīs edu/
cit populos ad solitaria loca :de pfectorūz societate
eripiēs:vt magis fructificēt : sicut legē veterē datu/
rus edurit populū in desertū. Mystice aūt recedēs
a hierosolymis dīs hoc est a plebe iudaica: ad loca
fontes habētia se trāsfert.i.ad ecclesiā ex gentibus q̄
habet fontē baptismi p quē multi ad christum acce
dūt:quasi transeuntes iordanē.

CA.XI.

Erat autē quidā langues la
zarus a bethania : de castel
lo marie ⁊ marthe sororuz
eiꝰ. Maria autē erat que unxit do
minū unguēto ⁊ extersit pedes eius
capillis suis cuiꝰ frater lazarꝰ infir
mabat. Miserūt ergo sorores eius
ad eū dicētes : Dñe ecce quē amas

infirmabat. Audiés autez iesus dixit eis: Infirmitas hec non est ad mortẽ: sed p gloria dei ut glorificet filius dei per eã. Dilígebat autẽ iesus marthã et sororem eius mariam et lazarum.

BEDA: Dixerat euãgelista dñm trãs iordanẽ abisse: tũcq; lazarũ cõtigit infirmari. vñ dicit: Erat quidã lan. la. a be. Vnde ẽ q; in qbusdã exẽplaribꝰ copulatiua cõiunctio Et: posita inuenit: vt sequentia verba superiorib⁹ cõnexa videant. Interpretat aũt lazarus adiutꝰ. Inter oẽs enĩ mortuos quos dñs suscitauit: hic magis ab eo adiuuat: quẽ ñ solũ mortuũ: sed quadriduanũ suscitauit. AVG. Inter oia enĩ miracula que fecit dñs lazari resurrectio pcipue pdicat. Sed si attẽdam⁹ qs fecerit: delectari debem⁹ poti⁹ qz mirari. Ille suscitauit hominẽ qui fecit hominẽ. plus enĩ ẽ hominẽ creare qz resuscitare. Infirmabat aũt in bethania lazar⁹. vñ dicit: A bethania de castello marie et marthe sororũ ei⁹. Qõ castellum erat primũ hierosolymis. ALCVI. Et q; plures femine hui⁹ nomis erãt: ne errarem⁹ ĩ nomie oñdit ex notissima actiõe. nã sequit: Maria aũt erat qui vnxit dñm vnguẽto: et extersit pedes ei⁹ capillis suis: cui⁹ frater lazar⁹ infirmabat. CHRY. Agit primũ qdez illud necessariũ discere: qm̃ hec nõ fuit illa meretrix que i luca legit. Nec enĩ honesta fuit et studiosa circa christi susceptionẽ. AVG. de cõ. euã. Uel aliter: Hoc dicẽs iohãnes attestat luce: q; h̃ ĩ domo phasei cuiusdã simonis factũ cẽ narrauit. iã itaq; h̃ maria fecerat. Qõ aũt ĩ bethania rursus fecit aliud est: qõ ad luce narrationẽ nõ ptinet: sed piter narrat a tribus. AVG. de ver. do. Inuaserat igit lazarũ pernicies inimica lãguoris miserãdi homis: cui⁹ quotidie edax febris icendiũ cõsumebat. Aderãt ãt due sorores languẽti: et casum dolẽtes: iuuenis egrotantis lectulo iugit iherebãt. vñ de eis mox subdit: Miserũt ergo soro. ei⁹ ad eũ dicẽtes: Dñe ecce quẽ amas infirmatur. AVG. sup iohãnẽ: Nõ dixerũt veni et sana. nõ ause sunt dicere: Ibi iube et hic fiet. sed nñ mõ: Ecce quẽ amas infirmabat. q. d. sufficit vt noueris: nõ enĩ amas: et deseris. CHRY. Per hoc eĩ ad miserendũ volũt attrahere christũ: adhuc enĩ ei qsi homi intẽdebãt. iõ aũt nõ iuerũt ad christũ sicut cẽturio et regul⁹. sed mittũt: q; vehemẽter cõfidebant de christo: ꝓpter multã familiaritatẽ: quã habebãt ad eũ: et q; a luctu detinebant. THEO. Et q; mulieres erãt quas nõ decet de facili domũ exire. Ad tã aũt deuotionẽ et fidei magnitudinẽ exprimũt dicẽtes: Ecce quẽ amas infirmat. tantã enĩ potẽtiã in dño eẽ credebant: q; mirũ videret qualiter virũ sibi dilectũ infirmitas potuerit occupare. Seqt: Audiés aũt iesus dixit eis: Infirmitas hec nõ ẽ ad mortẽ. q; ipa mors nõ erat ad mortẽ: sed poti⁹ ad miraculuz: quo facto crederẽt homies ĩ christũ: et vitarent verã mortẽ. vñ seqt: Sz p gloria dei. Ubi ex obliquo dñs deũ se dixit cõtra hereticos q dicũt: q; filiꝰ dei nõ sit de⁹. p gloria ergo cui⁹ dei audi ad sequit: Ut glorificet filiꝰ dei p eã. s. infirmitatẽ. CHRY. Hoc autẽ vt: nõ ẽ causale: sed euẽtus. Nã euenit qdẽ aliũde infirmitas. vsus ẽ aũt ea in gloriã dei. Sequit: Diligebat aũt iesus martham et sororem ei⁹. ma. et lazarũ. AVGV. Ille languẽs: ille tristes: omnes dilecti. Habebãt ergo spem q̃m diligebant ab eo q ẽ dolẽtiũ consolator: languẽtiũ saluator. CHRY. Per hoc etiã erudit nos euãgelista nõ tristari siq̃ infirmitas facta fuerit circa bonos viros: et dei amicos.

Ut ergo audiuit quia infirmabatur tũc quidẽ mansit in eodez loco duobus diebus. Deinde post hec dicit discipulis suis eam⁹ in iudeam iterũ. Dicũt ei discipuli Rabbi: nũc querebãt te iudei lapidare: et iteruz uadis illuc? Rñdit iesꝰ: Nõne duodecim sũt horze diei? Si quis ambulauerit in die non offendit: q; lucem huius mũdi uidet. Si autẽ ãbulauerit i nocte offẽdit: q; lux nõ ẽ in eo.

ALCVI. Dñs nũciata infirmitate lazari quousq; quadriduũ cõpleret: sanare distulit vt mirabili⁹ suscitaret. vñ dicit: Ut aũt audiuit q; infirmabat: tunc qdẽ mãsit ĩ eodẽ loco duob⁹ dieb⁹. CHRY. vt. s. exspiraret et sepeliret et dicãt: Qm̃ fetet vt null⁹ posset dicere qm̃ nõdũ defunctũ eũ suscitauit. Sed stupor fuit et nõ mors. Seqt: Deide post hec dicit discipulis suis. Eam⁹ ĩ iudeã iterũ. AVG. Ubi pene fuerat lapidat⁹: q; ꝓpterea ide discessisse videbat ne lapidaret. Discesserat enĩ vt hõ. Sed ĩ redeũdo quasi oblitus infirmitatẽ: oñdit ptãtẽ. CHRY. Nusq; autẽ alibi dñs pdixit discipulis quo itur⁹ eẽt: sed hic pdicit: q; formidabãt vehemẽter: vt nõ repẽte eos conturbet. Nã sequit: Dicũt ei discipuli: Rabbi: nũc q̃rebãt te iudei lapidare et tu iterũ vadis illuc? formidabãt p eo et p seipis. nõdũ enĩ erãt i fide firmati. AVG. Cũ aũt vellẽt dare cõsiliũ homies deo: discipuli magistro: corripuit eos. vñ sequit: Rñdit iesus: Nõne. xij. horze sũt diei. Ut enĩ die se oñderet. xij. discipulos elegit. In hoc aũt verbo nõ ipm iudã: sed successorẽ eius puidebat. Iuda enĩ cadẽte successit matthias: et duodenari⁹ numer⁹ mãsit. Dze ergo illustrent a die: et p horarũ pdicationẽ credat mundus ĩ die. Ade ergo sequimini: si nõ vultis offendere. vñ subdit: Si quis ambu. i die. nõ offẽdit: q; lucem hui⁹ mũdi videt. Si quis aũt ambu. in nocte offendit: q; lux nõ ẽ in eo. CHRY. q. d. q̃ sibi nihil conscius est negcie: nihil patiet versutie. Qui vero mala agit patiet. Itaq; nõ oportet formidare: nihil enĩ digñ morte gessim⁹. Uel aliter: Si quis lucẽ huius mũdi videt: securꝰ ẽ: multo magis q̃ mecum ẽ: nisi amouerit se a me. THEO. Quidã vero hũc die itelligũt tempus pcedẽs passionẽ: nocte vero ipam passionẽ. Dicit ergo eis: Dũ dies ẽ. i. dũ nõ imminet tẽpus passionis: nõ offẽdetis. Nõ enĩ vos psequent iudei. Cum aũt nox venerit passionẽ ꝓpriã dico: extũc noctem possidebitis angustiarũ.

Hec ait: & post hec dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut a somno excitē eū. Dixerunt ergo discipuli eius: Dñe si dormit: salu⁹ erit: Dixerat aūt ihesus de morte ei⁹: illi aūt putauerūt q̄ de dormitione somni diceret. Tūc ergo ihesus dixit eis manifeste: Lazar⁹ mortuus ē: & gaudeo ꝓpter uos ut credatis qm̄ nō erā ibi. Sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas qui dicitur didym⁹ ad cōdiscipulos: Eamus & nos & moriamur cū eo.

CHRY. Posita una cōfortatiōe discipulorū: hic alio mō eos confortat ondēs: qm̄ nō hierosolymas debēt ire: sed i bethaniā. vñ dicit: Hec ait: Et p⁹ hec dicit illis. Lazar⁹ amic⁹ noster dormit: sed vado vt a somno excitē eū. q. d. Nō eo rursus disputatur⁹ cōtra iudeos: sed amicū nostrū excitatur⁹. ꝓpter h̄ ergo dicit: Amic⁹ noster: vt oñdat necessariū suū aduētū. AVG. Quod aūt dixit Dormit: verū dixit. dño dormiebat: hominibus mortu⁹ erat q̄ eū suscitare nō poterāt. Nā oēs tāta facilitate excitabat de sepulchro: quāta tu excitas dormientē de lecto. Ergo fm potētiā suā dixit dormientē: sicut & apostol⁹ dicit: De dormiētib⁹ aūt nolo vos ignorare: dormientes appellauit: q̄ resurrecturos prenūciauit. Sed qūo i tereā i ipis q̄ quotidie dormiūt & exurgūt: q̄d quisq̄ videat i somnis: alij sentiūt leta somnia: alij torquētia: Sic vnusq̄sq̄ cū cā sua dormit: cū cā sua surgit. CHRY. Discipuli aūt ipedire voluerūt ei⁹ aduentū i iudeā. vñ seq̄t: Dixerūt ergo discipuli eius: Dñe si dorm. sal. erit. Solet enī eē somn⁹ egrotātiū salutis indiciū. q. d. Si dormit ñ igit̄ vtile ē: q̄ tu vadas ad excitandū eū. AVG. Quo ergo itellexerūt discipuli ridērūt. vñ seq̄t: Dixerat aūt ihesus de morte e⁹ illi vero putauerūt q̄ de dormitiōe somni diceret. CHRY. Si vero q̄s dicat: quō nō cognouerūt discipuli mortuū eē ab eo q̄ dixit: Vlado vt excitē illūstultū enī erat eū ire ꝓ tot stadia: vt lazarū a somno excitaret. Istud dicem⁹: qm̄ est̄ habāt h̄ enigma eē qualia multa loquebat̄. AVG. Quia ergo obscure dixerat: Dormit: manifestat q̄ dixerat. vñ seq̄tur: Tūc g̃ dixit eis ihesus manifeste. Lazar⁹ mortuus ē. CHRY. Nō aūt hic adiecit: Vlado vt resuscitē eū. nō enī volebat verbis p̄dicere q̄ opa debebat certificare: vanā gloriā vbiq̄ nos fugere docēs: Et q̄ nō oportet simpliciter ꝓmittere. Sequit̄: Et gaudeo ꝓpter vos vt credatis: qm̄ nō erā ibi. AVG. Eger enī nō mortu⁹ fuerat nūciatus: sed quō lateret eū q̄ creauerat: ad cui⁹ man⁹aia morietis exierat. Dixit ergo: Gaudeo ꝓpter vos vt credatis: qm̄ nō erā ibi. vt iā icipiēt admirari: q̄ dñs poterat dicere mortuū: q̄ nec viderat: nec audiuerat. Vbi meminisse debemus q̄ adhuc etiā ipoꝝ discipulorū miraculis edificabat̄ fides. nō vt eē inciperet: sed vt q̄ cepat creseceret. q̄ g̃ dicit: Ut credatis: itelligēdū ē vt amplius robusti iusq̄ credatis. THEO. Intellexerunt aūt quidā h̄ sic: Gaudeo inq̄t ꝓ vobis. nā cū illic nō extiterim: ꝟsert ad maiorē fidei vestre: qm̄ si astitissem egrotātes curassem: q̄ eēt modicū signū ad mee virtutis indiciū. ḍa vero me absente supuenit mors: potu⁹ in fide mea corroborauimini: cū videbitis me posse etiā defūctū putrescētē resuscitare. CHRY. Igit̄ oēs discipuli quidē timebāt iudeos: sup alios vero thomas. vñ seq̄t: Dicit ergo thomas q̄ dicit̄ didym⁹ ad condiscipulos: Eam⁹ & nos & mori. cū eo. Infirmior ei erat alijs & infidelior: postea oībus fortior fact⁹ est & irrepḥēsibilis: q̄ sol⁹ orbē terrarū pcurrit: & i mediis plebib⁹ volebat volētib⁹ eū interficere. BEDA: Vel castigati discipuli superioribus dñi verbis nō ausi fuit vltra cōtradicere. Sed thomas ꝑ oībus socios hortat̄: vt irēt & morerent̄ cū eo. In quo magna ei⁹ videt̄ eē constantia. Sic enī loquebat̄: quasi facere posset que alios hortabat̄: immemor: sue fragilitatis sicut & petrus.

Venit itaq̄ ihesus: & inuenit eū q̄tuor dies iā in monumēto habentē. Erat aūt bethania iuxta hierosolymas quasi stadijs qndecim. Multi aūt ex iudeis uenerāt ad marthaz & mariā ut cōsolarent̄ eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit: qa ihesus uenit occurrit illi: maria autem domi sedebat. Dixit ergo martha ad ihesum: Dñe si fuisses hic: frater me⁹ nō fuisset mortu⁹. Sed & nunc scio q̄ quecūq̄ poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus: Resurget frat̄ tu⁹. Dicit ei martha: Scio q̄ resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dicit ei ihesus: Ego sum resurrectio & uita. Qui credit i me ét si mortu⁹ fuerit viuet: & oīs q̄ viuit & credit i me non morie⁹ in eternū. Credis hoc? Ait illi: Vtiq̄ domine Ego credidi: q̄ tu es christ⁹ fili⁹ dei q̄ in hūc mundū uenisti.

ALCVI. Dñs ad h̄ veire distulerat: vt quadriduū ipleret: vt lazar⁹ glorios⁹ resuscitaret. vñ dicit: Venit itaq̄ ihe. & iue. eū q̄. di. iā i mo. habētē. CHRY. Dūserat enī dñs duob⁹ diebus: & añ duos dies venerat nūcius. In qua die lazar⁹ ē defunct⁹: ipe aūt quarta die accessit. AVG. De quatuor aūt diebus multa dici possūt. Diuersis enī modis vna res significari pōt: Est enī vn⁹ dies mortis quē hō trahit de mortis ꝓpagie. Sed & legē naturalē trāsgrediūt̄ homines: ecce alter dies mortis. Lex etiā scripture data

ē diuinit⁹ p moysen ⁊ ipa cōtēnit. Adde tertiū diez mortis.venit euāgeliū ⁊ ipm trāsgrediunt homines Ecce quart⁹ dies mortis:etiā ad tales excitādos do mīn⁹ nō dedignatur accedere. ALCVI. Aliter: Primū peccatū extinxit latio i corde:secūdū cōsēsus: tertiū factū:quartū cōsuetudo. Seqt̄:Erat au.be.iu xta hiero.quasi stadijs.xv. CHRY. Quod erat miliaria duo. Hoc aūt dicit ad oīendū q⁹ cōgruum fuit multos iudeoꝝ a hierosolymis adesse. vñ subdit:Multi aūt ex iu.vene.ad ma.⁊ mar.vt cōso.eas de fra.suo. Sed qūo iudei cōsolabāt dilectas a christo:cū iā statuissent q⁹ siqs christū cōfiteret extra synagogā fieret. Sed pp calamitatis necessitatē:aut q̄ si nobiles has mulieres reuerētes eas cōsolabāt:aut qz hi aderāt q̄ nō mali erāt. multi enīz ex ipis credebāt. Hoc āt dicebat euāgelista:ad oīendū q⁹ lazarus vere mortu⁹ erat. BEDA: Nōdū aūt dīs castellū itroierat.vñ adhuc extra castellum posito occurrit martha.vñ seqt̄: Martha au.vt au.qz ie.ve. occurrit illi.Maria au.do.re. CHRY. Nō aūt assumit sororē obuiā christo vadēs.vult enī singulariter christo loq̄ ⁊ quod factū ē ei annūciare. cū vero eā i bonā spē durit:tūc abijt ⁊ vocat mariā. THE. Primo itaq; nō pādit sorori:volēs astātes hoc latere:qñ si pcepisset maria christū accedere: obuiā iret ⁊ comitarent eā pīntes iudei: q̄bus notuz fore aduentū iesu martha nolebat. Seqt̄:Dixit autem martha ad iesus:dñe si fu.hic fra.me.nō fuisset mortu⁹. CHRY. Credebat enī i christū:sed non vt oportebat.nōdū enī cognoscebat:qñ deus erat. ⁊ iō dicebat:Si fuisses hic:frater meus nō fuisset mortuus. THEO. Quasi diffidens qñ etiā absens si vellet: posset ꝓhibere morte fratris sui. CHRI. Nōdum ēt cognoscebat q⁹ ꝓpria virtute hoc faceret:qō apparet ex hoc qō subdit: Sed ⁊ nūc scio qz quecūq; poposceris a deo dabit tibi de⁹:vt de virtuoso quo dā ⁊ approbato viro loquēs. AVG. Nō aūt dicit ei Rogo te vt resuscites fratrē meū.vñ enī sciebat:si fratri eius resurgere vtile fuerat:hoc tñ dixit:Scio qz potes si vis facere:vtrū facias:iudicij tui ē: nō psumptiōis mee. CHRY. Dñs āt vtraq; quē nō cognoscebat:eā docuit.vñ seqt̄:Dixit ei ie.resur.fra.tuus. Nō dixit petā vt resurgat.sed si diceret: Nō idigeo adiutorio:a meipo oia facio:valde fuisz graue mulieri.sed ꝑ dicere Resurget:mediū erat. AVG. Ambiguū āt fuit q⁹ dixit Resurget. Nō ei ait Dō. ⁊ iō seqt̄:Dicit ei mar.Scio qz resurget i resurrectione i nouissi.die.De illa resurrectōe secura sū:de hac incerta sū. CHRY. Audierat aūt mulier mīta a xp̄o de resurrectiōe loquēte.dīs āt māifestī⁹ suā oīdit auctoritatē.nā subdit:Dicit ei ie.Ego suz resur.⁊ vi. oīdēs qñ nō idiget alio adiutorio.si enī alio adiutorio idiget:q̄liter erit resurrectio:Si vero ipe est vita:nō loco circūcludit:sed vbiq; exīs pōt sanare. ALCVI. Jō ego sum resurrectio:qz vita p quē tūc cū alijs resurget p eūdē pōt ⁊ mō resurgē. CHRY. Illa ergo dicēte quecūq; petieris:ipe dicit:Qui cre. i me ēt si mor.fue.vi.oīdēs qñ ipe ē tributor bonorū:⁊ ab ipo oportet petere:p ꝑ aūt ei⁹ itellectū eleuat.nō enī ꝑ erat solū qō querebat:vt solū lazarum suscitaret:sed ēt oportebat eā ⁊ q̄ pīntes erāt discere resurrectionē. AVG. Dicit ergo Qui cre.in me ēt si mor.fu.i car. Viuet in aīa.donec resurget caro nūq; postea moritura. Nā vita aīe fides ē. Seqtur: Et ois q̄ vi.i car.⁊ cre.i me.ēt si moriat ad tēp⁹ per mortē carnis Nō morief i eternū. ALCVI. Propter vitā spūs ⁊ imortalitatē resurrectōis. Sciebat aūt dīs quē nihil latet q⁹ ꝑ credebat:sed cōfessionē q̄ saluaret q̄rit.vñ seqt̄:Credis ꝑ: Ait illi vtiq; dñe ego cre.qz tu es christ⁹ filī⁹ dei viui:i hūc mun.ve. CHRY. Videt mihi nō itellexisse mulier qō dictū ē:sed qñ magnū q̄d erat itellexit: non tū cognouit q̄d ē:ꝓpterea aliud iterrogata aliud rndit. AVG. Vel aliter:Qñ ꝑ credidi q⁹ filius es dei:credidi qz tu es vita:qz ⁊ q̄ credit i te ēt si moriat viuet.

Et cuz hec dixisset: abijt ⁊ uocauit mariā sororē suā silētio dicens: Magister adest:⁊ uocat te. Illa ut audiuit surrexit cito:⁊ uenit ad euz nondū enī uenerat iesus in castellū: sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei martha. Judei ergo q erāt cū ea i domo ⁊ cōsolabant eā: cū uidissent mariā qz cito surrexit ⁊ exijt: secuti sūt eā dicētes. Quia uadit ad monumentuz ut ploret ibi. Maria ergo cū uenisset ubi erat iesus uidēs eū:cecidit ad pedes eius:⁊ dixit ei: Domine si fuisses hic non esset mortuus frater meus.

CHRY. Ex virtute fmonū christi iterī martha lucrata ē luct⁹ dissolutionē.ea enī q̄ ad magistrū erat deuotio:ñ ꝓmittebat eā sentire pñtia q̄ luctū iducere poterāt.vñ dī: Et cū hec dixisset: abijt ⁊ vocauit sororē suā silē. AVG. Aduertēdū q⁹ suppssam vocez silētiū nūcupauit. nā quō siluit:cū subdatur dicēs: Magister adest ⁊ vocat te. CHRY. Jō āt occulte sororē vocat:si ei sciuissent iudei christū aduenire recessissēt:⁊ nō fuissēt testes miraculi. AVG. Aduertendū etiā quē admodū euāgelista non dixerit: vbi vel qñ vel quō mariā dīs vocauerit: vt ꝑ in verbis marthe potī⁹ itelligeret narratiōis brevitate fuata THEO. Sive ēt ipam christi pfētiā vocationē reputauit q.d. Inexcusabile ē vt eo pīnte tu nō exeas obuiā ipi. CHRY. Oibus aūt assidētib⁹ illa lugēs ⁊ plāgēs nō expectauit ad se vēire magistrū ne qz dignitatē fuauit:neq; a luctu detēta ē sed surgēs cōfestim obuiauit.vñ seqt̄: Illa vt audi.surre.cito ⁊ ve.ad eū. AVG. Et quo patet q⁹ nō illā puenisset martha si ei not⁹ fuisset aduētus iesu. Seqt̄: Nōdū enī venerat ie.i castel.sed erat adhuc i illo loco vbi occurrerat ei martha. CHRY. Vacāti⁹ ei ibat: vt nō videat inijcere seipm miraculō:sed rogari ab alijs. Hoc igit vult occulte euāgelista insinuare:aut qz cito currebat:vt anticiparet eū veniētē. venit āt nō sola:sed oēs trahēs iudeos.vñ seqt̄: Judei igi.q̄ erāt i domo cū ea:⁊ cōsola.eam cū vidiss.ma.qz cito

surre.z erūt secuti sūt eā dicētes:qz ꝛa.ad mo.vt plo ret ibi. ¶ AVG. Hoc ptmuit ad euāgelistā narrare vt videam⁹ que occasio fuerit q⁹ plures ibi esset: qñ Lazar⁹ resuscitat⁹ ē:vt tā grāde miraculū quadriduā ni mortui resurgētis testes plures ꝰueniret. Sequit Maria ergo cū venis.vbi eēt iesus:vidēs eū ceci.ad pedes ei⁹. ¶ CHRY. Feruētior hec sororе erat.nō ei turbā verecūdata ē:nec suspicionē timuit quam de christo iudei habebāt cū aliq̄ inimicoꝝ christi iter eēnt:sed oīa cōtēpsit hūana ꝑsente magistro z soli se dabat ei q̄ ad magistrū honoꝛi. ¶ THEO. Quāuis ēt diminute se videbat habere dicēs: Dñe si fuisses hic fra.me⁹ ñ fuis.mor. ¶ ALCVI.q.d. Dū nobiscū ꝑsens fuisti:nō morb⁹:nō ifirmitas aliqua appare re aula ē:apud quas vita nouerat hospitari. ¶ AVG.de ver.do. O infidelis cōuētio te adhuc posito i seculo lazar⁹ amic⁹ mouit. Si amic⁹ mouit inimic⁹ q̄d patiet̄:parū ē si nō tibi soli supi fuiūt. Ecce tuuz dilectū iferi rapuerūt. ¶ BEDA: Nō āt omīa dixit maria q̄ martha ꝓtulerat:qz cōsueto hoīm more la chrymis:non omnia que voluit z in animo habuit proferre potuit.

¶ Jesus ergo ut uidit eā plorantē: z iudeos q uenerāt cū ea plorantes ifremuit spiritu z turbauit seip̄m z dixit: Ubi posuistis eū? Dicunt ei: Dñe ueni z uide. Et lachrymatus ē iesus. Dixerunt ergo iudei: Ecce quo amabat eū. Quidā aūt ex ip̄is dixerūt: Nō poterat hic q aperuit oculos ceci nati facere ut hic nō mo reret. Jesus ergo rursuz fremens in semētipo: uenit ad monumentū. Erat aūt spelūca: z lapis suppositꝰ erat ei. Ait iesus: Tollite lapidē. Dicit ei martha sororꝰ eiꝰ q mortuꝰ fue rat: Dñe iā fetet: quadriduanꝰ ē ei. Dicit ei iesus: Nōne dixi tibi: q̄ñ si crediderīs uidebis gloriā dei? Tu lerunt ergo lapidem.

¶ CHRY. Marie loquēti nihil christꝰ loquit̄:neq; ea dicit q̄ sorori dixerat.turba enī aderat multa z ñ erat tēpꝰ illoꝝ verboꝝ. Sed cōdescēdit z humilia tur:humanā naturā denudās:qz enī miraculū ma gnū r at futurū:z multos p id lucraturꝰ sua conde scēsione attrahit testes:z humanā mōstrat naturā vi dicit: Jesus ergo vt vidit eā plorantē: z iu.q̄ ve. cū ea plo.ifre.spū z turba.semetipm. ¶ AVG. Quis enī eū posset nisi ip̄e turbare? Turbatꝰ ē christꝰ: q̄a voluit.esuriuit:qz voluit.i illius ptāte erat fic vel fic affici vel nō affici. Uerbū enī aīam suscepit.z carnē tot⁹ hom̄is sibi coaptās:i ꝑsone vnitate naturā: ac p̄ vbi sūma ptās ē:fm voluntatis nutū turbat̄ ifir mitas. ¶ THEO. Ad approbādā enī cōditionē hu manā iubet ei q̄ suū ē ꝓsequi:necnō iniūgit ei vir tute spūssancti illāq; cōpescit. Dec aūt cūcta mātu rā pati dns cōminet:cū approbādo q⁹ bō ver⁹ z nō apparēs fuerat:tū etiā nos monēdo: ac merā mesti cie z iocūditati ponēdo. Nā ex toto nec compati nec merē ferreū:ac hoīi exuberātia mulieb̄e. Sequit Et dixit.vbi posuistis eū? ¶ AV.de.v.do. Nō solū se pulti ignorare credi debuerat: sz fidē populi appro bare volebat. ¶ CHRY. Nō enī vult ip̄e se injecere: sed oīa ab alijs discere z rogat⁹ facere vt ab oī suspi tione eripiat signū. ¶ AVG.lib.lxxxiii.que. Nō z in terrogat vocationē nostrā q̄ fit i occulto arbitrio fi gnificare. Predestinatio ei nostre vocatiōis occul ta ē:cuiꝰ secreti signū ē iterrogatio dñi quasi nesciē tis cū ip̄i nesciam⁹.vel q⁹ ignorare se peccatores alio loco dns oñdit dicēs: Nō noui vos. qz i disciplina z ꝓceptis eiꝰ nō sūt peccata. Sequit: Dicūt ei:dñe ve ni z vide. ¶ CHRY. Rondū enī aliq̄ signū resurre ctiōis mōstrauerat:vñ ita videbat iturus vt lachry matur⁹:nō vt resuscitatur⁹. ꝓpter hō ei dicūt: Ueni z vide. ¶ AVG. Uidet aūt dns q̄ miseret.vñ illi di cit: Uide humilitatē meā z laborē meuz: z dimitte oīa peccata mea. Sequit: Et lachry.ē ie. ¶ ALCVI. Quia fons pietatis erat:flebat ꝑ pte humanitatis: quē resuscitare poterat p potentiam diuinitatis. AVG. Quare aūt fleuit christ⁹: nisi q⁹ homies flere docuit? ¶ BEDA: Est aūt hoīz cō uetudo cazos su os mortuos lugere. Scōm hāc cōsuetudinem iudei dñm flere putabāt.vñ subdit: Dixerūt ergo iu. ecce quo ama.eū. ¶ AVG. Quid ē amabat eū? Nō veni vocare iustos:sed peccatores ad penitētiā. Sequit: Quidā āt ex ip̄is dixe. Non pote.hic q̄ ape.ocu.ceci nati facere vt hic nō moreret? Plus ē q̄ō factur⁹ ē:vt mortuꝰ suscitet. ¶ CHRY. Erāt aūt ex inimicis eius q̄ hō dixerūt. Ex q̄bus igit̄ oportebat eiꝰ admira ri virtutē:ex his ei detrahūt.s.ex illumiatiōe ceci na ti quasi nec illo miraculo facto. In hoc etiā se ost̄ dūt eē corruptos:qz nōdū christo aduenīēte ad mo numētū:ꝑassumūt accusatiōes nō expectātes rei fi nē. Sequit: Jesus ergo rur.fremēs in semetipo ve. ad monu. Studiose euāgelista frequēter dicit q⁹ lachry matꝰ ē q⁹ fremuit:vt discas q⁹ vere nostrā naturā i duit. Quia ei hic magis alijs euangelistis magna de eo locut̄:etiā i reb⁹ corporalib⁹ humiliora dicit. ¶ AV GV. Fremas aūt z i te:si disponis renouiscere: omi hom̄i dicit̄ q⁹ ꝑmit̄ pessima cōsuetudie. Sequit: Erat aūt spelū.z lapis suppositꝰ ei. Mortuus sub lapide: reꝰ sub lege. Lex enī q̄ data ē iudeis i lapide scripta ē. Oēs aūt rei sub lege sūt:iusto aūt nō ē lex posita ¶ BEDA: Est aūt spelūca rupis cauata. Porro mo numētū dicit̄ eo q⁹ mentē moneat: hoc ē mortuos ad memoriā reuocat. Sequit: Ait iesus: tollite lapidē ¶ CHRY. Sed quare ñ lapide iacēte fecit resuscita ri? Nōne poterat q̄ corpꝰ mouit mortuū voce.etiaz multomagis lapidē mouere? Non aūt hoc fecit vt eos testes faciat miraculi:vt nō dicāt quod in ceco dixerāt: Nō est hic. Manꝰ enī z accessus ad mo numētū testabāt̄ q⁹ ip̄e ē. ¶ AVG. Mystice aūt di cit: Remouete lapidē.remouete legis pōdus.gr̄az p̄ dicate. ¶ AVG.lib.lxxxiij.que. In quo puto illos fi gnificare q̄ veniētibus ad ecclesiā ex gētib⁹:on⁹ cir cūcisionis ponere volebāt:vel eos q̄ i ecclesia corru

ptē viuūt: ꝛ offēioni sūt credere volētib⁹. AVG. de ver.do. Jā aūt maria ꝛ martha sorores lazari que christū frequēter mortuos resuscitasse viderant fratrē suū posse resuscitare penit⁹ nō credebāt. Nā sequitur: Dicit ei mar.so.ei⁹ ꝙ mortu⁹ fue. Dñe iā fetz quadridua.enī ē. THEO. Hoc āt martha tāq; diffidēs dicit: veluti ipossibile credens posse fratrē suscitari: ob dierū diuturnitatē. BEDA: Uel hec verba nō sūt despatiōis: sed poti⁹ admiratiōis. CHRY. Sz hoc ēt qđ dicit: valet ad obstruēdū indeuotos: vt ꝛ miraculū testent̄ man⁹ tollētes lapidē: ꝛ audit⁹ vocez andiēs christi: ꝛ visus videtiū lazarū exire: ꝛ odorat⁹ fetorē recipiēs. THEO. Christus aūt rememorat mulieri ea de q̄bus secū cōtulerat: ꝛ pene vt obliuiscēti loquit̄. vñ seq̄t: Dicit ei ihesus: Nōne dixi ti. qm̄ si credi. videbis gloriā dei. CHRY. Nō eiz memor erat mulier ei⁹ qđ christ⁹ dixerat: Qui credit in me ēt si mortu⁹ fuerit viuet. ꝛ discipulis q̄dē dixit: Ut glorificet̄ filī⁹ dei ī ea. hic aūt gloriā dei de patre dicit. Infirmitates enī eorū q̄ audiebāt cā erāt differē tie eorū q̄ dicebāt. Nolebat dñs iterim turbare astātes. ꝛ iō dicit: Uidebis gloriā dei. AVG. In hoc aūt est gloria dei: quia ꝛ fetentē ꝛ quadriduanū resuscitat. Seq̄t: Tulerūt ergo lapidē. ORI. Mora tollēdi lapidē adiacētē ex sorore defuncti causata est. Nisi enī dixisset: Jā fetet: ē enī quadriduan⁹: nō discereť: Dixit ihesus: tollite lapidē. Sustulerūt ergo lapidē. nūc ergo lōge tardi⁹ ablat⁹ ē. Cōmodū ē igit̄ nihil īterponē īter iussa iesu ꝛ ipoꝝ executionē.

Jesus autē eleuatis sursum oculis dixit: Pater gratias ago tibi qm̄ audisti me. Ego autē sciebā q ꝛ semper me audis: sed ꝓpter populū qui circūstat dixi: ut credāt q ꝛ tu me misisti. Hec cum dixisset uoce magna clamauit: Lazare ueni foras. Et statim ꝓdiit q̄ fuerat mortu⁹ ligat⁹ manus ꝛ pedes institis: ꝛ facies illi⁹ sudario erat ligata. Dixit eis ihesus: Soluite eū: ꝛ sinite abire. Multi ergo ex iudeis q uenerāt ad mariaz ꝛ marthā ꝛ uiderāt q̄ fecit ihesus: crediderūt in eū. Quidā autez ex ipsis abierunt ad pharisēos: ꝛ dixerunt eis que fecit ihesus.

ALCVI. Quia christ⁹ sm hominē minor erat patre ab illo petit suscitationē Lazari: atq; iō se exaudituū dicit. vñ dicit: Jesus autē ele. sur. ocu. sī. Pater gra. ago. ti. qm̄ exau. me. ORI. Eleuauit q̄dē sursū oculos qm̄ intelligētiā buanā erexit: adducens illā p orationē ad excelsū patrē. Sed ꝛ necesse ē volētem ad exēplar orationis christi orare eleuare oculos cordis sursum: acerigere illos a psentib⁹ reb⁹: memoria cogitatiōibus: atq; intētiōibus. Si aūt digne orantibus huiusmōi q̄dā exp̄mit̄ a deo de ꝓpria oratiōe ꝓmissio: adhuc te loquēte dicā: Ecce assum. q̄d erpedit arbitrari de dño ꝛ saluatore: erat enī oratur⁹ p resurrectiōe lazari. Sed pueniēs illi⁹ orationē q̄ sol⁹ bon⁹ pater ē: exaudiuit dicēda. Pro ipletiōe igitur orationis subdit gratū actiones dicens: Pater gras ago tibi: qm̄ exaudisti me. CHRY. Hoc ē: nihil est cōtrariū mei ad te. Nō aūt oñdit q ipe nō potuit: vel q⁹ minor sit patre: q⁹ hoc ꝛ amicis dicit ꝛ bono re equalib⁹. Ut aūt oñdat qm̄ nō idiget oratiōe subiūgit: Ego aūt scie. qm̄ semp me audis. q. d. Ad hoc q fiat volūtas mea: nō indigeo oratiōe ad hoc q tibi suadeā: vna enī ē nostra volūtas. hoc aūt obūbrate dicit ꝓpter auditorū ibecillitatē. De⁹ enī non ita dignitatē suā respicit: vt ad salutē nostraz: ꝓpterea excelsa quidē ꝛ magna: pauca ꝛ ipsa occultata: būlia vero multa circūstūnt ei⁹ fmonb⁹. HYLA. iii. de tri. Nō igit̄ ꝑce eguit. nobis oranit: ne filī⁹ ignoraret̄. vñ subdit: Sed ꝓpter populū q̄ circūstat dixi vt credāt: q⁹ tu me misisti. Tū enī sibi nō ꝓficeret deꝑcatiōis fmo: ad ꝓfectū tñ nostre fidei loquebatur. Nō ops ergo auxilij ē sed nos sum⁹ inopes doctrine. CHRY. Nō aūt dixit: vt credāt qm̄ minor sum: qm̄ sine oratōe nō possuz facere: sed qm̄ tu me misisti. Nō dixit: Misisti me ibecillē fuitutem recognoscētē: a meipo nihil factētē: sed me misisti vt nō deo otrariū estimēt. nec dicāt: Nō ē et deo: ꝛ vt oñ dā sm tuā volūtatē op⁹ ħ fieri. AVG. de verbis do. Uenit aūt christ⁹ ad monumētū ī quo lazarus dormiebat: ꝛ nō tāq; mortuū sed tāq; sanū: tāq; viuum: tāq; audire paratū: de sepulchro ꝓtin⁹ euocauit. vñ seq̄t: Hec cū dixisset: voce magna clamauit: Lazare veni foras. Jō dicit nomē: ne oēs mortui cogerent exire. CHRY. Nō aūt dixit: Surge tu: sed Uēi foras. vt viuēti loquēs ei q̄ mortu⁹ fuerat. Propter qđ nō dixit: In nomine patris mei veni foras: aut resuscita eū pater. Sed hec oīa dimittēs posq̄ orātis formā accepat: p res auctoritatē oñdit: qm̄ ꝛ hoc sapiētie sue ē: p verba q̄dē cōdescēsionem p res vero oñdere ptātē. THEO. Alta vero salutatōis vox q̄ lazarū suscitauit: idiciū ē tube magne sonature ī cōi resurrectiōe. Alti⁹ ēt clamauit vt gētiliū ora refrenet fabulātiū ī tumulis eē aias defunctoꝝ. nā quasi foras manētē eā aduocat p clamorem. Sicut āt vniuersalis resurrectio ī ictu oculoꝝ ꝓuenietsic ꝛ hec resurrectio singularis. ꝛ iō seq̄t: Et statim ꝓdiit q̄ mor. fue. ligat⁹ ma. ꝛ pe. insti. ꝛ fa. ei⁹ su. erat ligata. Jā mācipat̄ effectui quod dī: Uenit hora cuz audiēt defuncti voce filij dei: ꝛ q̄ audierīt viuēt. ORI. Nā vox elata ꝛ clamor non incōueniēter dicet̄ excitasse illū: ꝛ sic adimpletū ē: qđ dixerat Uado vt excitē eū. Sed ꝛ pater q̄ filiū orantē exaudiuit suscitauit lazarū: vt sic resurrectio lazari cōe op⁹ sit filij orātis ꝛ patris exaudiētis. Sicut ei pater suscitat mortuos ꝛ viuificat: sic ꝛ filī⁹ quos vult viuificat. CHRY. Excit aūt ligat⁹ vt nō putaret̄ eē phāta sma. Sed ꝛ ħ q⁹ exibat ligat⁹ nō min⁹ videbat̄ eē q̄ resuscitare. Seq̄t: Dicit eis ie. sol. eū. Ut videlicz tā gētes ꝛ ei appropinquātes videāt: q⁹ vere ē ille. Sequit̄: Et sinite abire. ꝛ ħ ꝓpter būilitatē. nō enī ouscit eū: neq; iubet secū ābulare ad sui demōstratiōne ORI. Dixerat aūt supra dñs ꝓpter populū q̄ circūstat dixi vt credāt: q⁹ tu me misisti. nullo aūt co-

rū credēte ꝺ̄ dixisset: velut aliqs hoīm iſci⁹ futuroꝝ
vī ad ꝺ̄ remouendū ſubdit: Multi er. ex iu. q̄ ve. ad
mariā ⁊ mar. ⁊ vide. q̄ fecit: credi. ī eū. Quidā aūt ex
ipis abierūt ad phariſeos: ⁊ dixerūt eis q̄ fecit ieſus.
Cōtinet q̄d ambiguū ſmo p̄ſens: verum q̄ iuerūt ad
phariſeos: fuerūt ex illis multis q̄ crediderant ꝓpo
nētes cōciliari chriſto hoſtiliter ſe habētes ad eum.
Vel alij a credētib⁹ irritare volētes iuidū phariſeo
rū zelū ī ipm: ⁊ videt mihi ꝺ̄ magis euāgelicā exp̄me
re velle. multos enī dixit q̄ p ꝺ̄ qō viderūt credide
rūt: veluti paucis ertūtibus aliſi de q̄bus ſubdit: Qui
dā aūt ⁊c. AVG. lib. lxxiiij. que. Quāq̄ aūt ſz euā
geliſte hiſtoriā reſuſcitatū lazarum plena fide tenea
mus nī ī allegoria aliq̄d ſignificare nō dubito: neq;
cū res facte allegorizant: geſte rei fidē amittunt.
AVG. ſup iohānē: Oīs q̄dē q̄ peccat moꝛit: ſed de⁹
magna miſericordia aīas ſuſcitat: ne moꝛiant ī eter
nū. Intelligim⁹ ergo tres moꝛtuos quos ī corpibus
ſuſcitauit aliq̄d ſignificare de reſurrectionib⁹ aīarū.
GRE. iiij. moꝛ. Puellā enī ī ꝺ̄mo: mulierē extra
portā: ī ſepulchro aūt lazarū ſuſcitat. Adhuc q̄ppe ī
ꝺ̄mo moꝛtu⁹ iacet q̄ iacet ī peccato. Iā quaſi extra
portā ducit: cui⁹ iniq̄tas vſq; ad in verecūdiā publi
ce ꝑpetratiōis opatur. AVG. Vel ītus ē moꝛs: q̄
cogitatū malū nōdū ꝓceſſit ī factū. Si aūt ipm ma
lū feciſti: q̄ſi moꝛtuū extra portā extuliſti. GRE.
Sepulture vero aggere p̄mit: q̄ ī ꝑpetratiōe neq̄tie
vſu cōſuetudis p̄ſius grauat: ſed bos plerūq; oīuia
gra reſpect⁹ ſui lumine illuſtrat. AVG. lib. lxxiij.
que. Vel accipiam⁹ lazarū ī monumēto aīam terre
nis peccatis obrutā. AVG. ſup iohānē: Et tñ laza
rū oīs amabat. ſi enī peccatores nō amaret: de celo
ad terras nō deſcenderet. Vñ aūt de illo q̄ peccare
cōſueuerat dicit: Feter. īcipit enī habere peſſimam
famā tāq; odorē deterrimū. AVG. lib. lxxxiij. que.
Recte etiā dicit: Quadriduan⁹ ē. vltimū ei elemēto
rū terra ē. ſignificat enī puteū terrenoꝝ peccatoꝝ
i cupiditatū carnaliū. AVG. ſup iohā. Fremuit
aūt oīs: lachrymauit: voce magna clamauit: q̄ diſ
ficile ſurgit quē moles cōſuetudis p̄mit. Turbat ſe
metip̄m chriſt⁹: vt tibi ſignificet qūo tu turbari de
beas: cū tāta mole peccati grauaris ⁊ p̄meris. Fide
enī hoīs ſibi diſplicētis fremere debet ī accuſatio
ne maloꝝ operū: vt violētie penitētis cedat conſue
tudo peccādi. Qñ dicis illud feci: ⁊ pepcit mihi de⁹:
euāgeliū audiui: ⁊ cōtempſi. Quid facio? Iā fremit
chriſt⁹: q̄ fides fremit: ī voce fremētis apparet ſpes
reſurgētis. GRE. xxij. moꝛ. Dicit aūt lazaro: Veni
foras: vt ab excuſatiōe ⁊ occultatiōe peccati ad ac
cuſationē ſuā ore ꝓp̄rio exire ꝓuocet: vt q̄ ītra con
ſciētiā ſuā abſcōſus iacet p nequitiā: a ſemetip̄o fo
ras exeat p cōfeſſionē. AVG. lib. lxxxiij. que. q̄ au
tē lazar⁹ exiit de monumēto: animā ſignificat rece
dentē a carnalib⁹ vitijs. q̄ vero iſtitis obuolutus: ꝺ̄
ē q̄ etiam a carnalib⁹ recedētes ⁊ mēte quietes legi
dei: adhuc tñ ī corpe cōſtituti: alieni a moleſtijs car
nis eē nō poſſum⁹. q̄ ät facies ei⁹ ſudario tecta erat
ꝺ̄ ē q̄ ī hac vita plenā cognitionē habere nō poſſu
mus. q̄ aūt dicit: Soluite eū ⁊ ſinite abire. hoc ē q̄
poſt hāc vitā auferūt oīa velamīa vt facie ad faciē
videam⁹. AGV. ſup iohānē: Vel aliter: Qñ contē
nis: moꝛtu⁹ iaces. qñ cōfiteris: ꝓcedis. Quid ē ei p̄
cedere: niſi ab occultis velut ereūdo mānifeſtari? Sz
vt cōfitearis de⁹ facit: magna voce clamando. ī ma
gna gr̄a vocādo. Moꝛtu⁹ aūt ꝓcedēs adhuc ligat⁹
ē: cōfitēs adhuc re⁹. vt aūt ſolueret ꝓccata ei⁹ mi
niſtris ꝺ̄ dixit: Soluite eū ⁊ ſinite abire. q̄ō eſt: Que
ſolueritis ſup terrā erūt ſoluta ⁊ ī celis. ALCVI.
Chriſt⁹ ergo ſuſcitat: q̄ iteri⁹ p ſeip̄m viuificat. Sol
uunt diſcipuli: q̄ p miniſteriū ſacerdotū abſoluun
tur viuificati. BEDA: Per eos aūt q̄ phariſeis an
nunciauerūt ſignificat nōnulli q̄ videtes bona ſer
uoꝝ dei opa odijs inſequunt⁹ ⁊ infamare conant⁹.

Collegerūt ergo p̄tifices ⁊ pha
riſei conciliū: ⁊ dicebant: Quid faci
mus? Quia hic homo multa ſigna
facit. Si dimittim⁹ eū ſic: oīes cre
dent in eū. Et ueniēt romani ⁊ tol
lent noſtrū locū ⁊ gentē: Vn⁹ autez
ex ipſis cayphas noīe: cū eſſet ponti
fex anni illius dixit eis. Vos neſci
tis quicq̄z nec cogitatis: q̄ expedit
uobis ut unus moꝛiat⁹ hō p̄o popu
lo: ⁊ nō tota gens pereat. Hoc aūt
a ſemetip̄o nō dixit: ſed cū eſſet pon
tifex anni illius ꝓphetauit: q̄ ieſus
moꝛitur⁹ erat p gente. Et nō tm̄ p
gēte: ſed ut filios dei q̄ erant diſper
ſi congregaret in unum. Ab illo er
go die cogitauerūt ut iterficerēt eū

THEO. Decebat admirari ac extollē eū q̄ talia p
agebat miracula. ipi vero poti⁹ cōſiliant⁹ illū occide
